

men. Sic decimum fuisse à Sac. Congr. Concil. referret Garcias p. 9. cap. 2. num. 165. Si vero adit magna inaequalitas parochianorum, aut permutantes non fuerint examinati eo tempore, quo parochiales adepti sunt; aut permutaciones sint de beneficio simplicis, & curato, tunc licet necessarium non sit concursus, est tamen necessarium examen ex citata decisione S. C. C. relata à Nicol. Garc. di. p. 9. c. 2. n. 165.

49 Undecimo, quando nullus comparuit, aut certe nullus ex componentibus vult subire examen, Episcopum assignare debere aliud tempus sive edictum, & si adhuc nemo comparet, tunc posse parochiam absque concursu conferri, decimum fuisse à Sac. Congr. Concil. referret Nicol. Garcias di. p. 9. cap. 2. n. 281. Massobr. in di. p. 9. cap. 2. dub. 9. Barbosa cit. alleg. 60. n. 39.

50 Duodecimo, sine concursu conferuntur beneficia simplicia. Rota in una Calaguriana Reduccionis Motus pro prii 29. Martii 1592. cor. Seraphino inter ejus impressas dec. 942. n. 6. & 7. part. tom. 2. dec. 389. n. 6.

51 Decimotertio, sine concursu conferuntur parochiales, quæ sunt de Jurepatronatus laicorum; sufficit enim pro iis, quod deputatus à patronis examinatur ab Examinatoribus synodalibus, & ab ipsis idoneus judicetur. Conc. Trid. cit. sess. 24. c. 18. de reform. ibi: Quod si Jurepatronatus laicorum fuerit, debeat, qui à patrono presentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, & non nisi idoneus reperitur fuerit, admitti, & sic decimum fuisse à Sac. Cong. Concil. referret Piasec. in praxi nova Episc. part. 2. c. 5. n. 18. Garcias de benef. part. 9. c. 2. n. 255. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 134. & statuit Rota part. 2. dec. 579. n. 4. & part. 18. tom. 1. dec. 192. n. 11. & part. 19. tom. 1. dec. 136. n. 42.

52 Quartodecimo, sine concursu conferuntur parochiales Jurepatronatus, quod ab origine erat totum laicale, sed pro duobus tertiis partibus ex donatione laicorum effectum est postea ecclesiasticum. Sac. Congr. Concil. 17. Junii 1617.

53 Quintodecimo, sine concursu conferuntur parochiales Jurepatronatus mixti, id est, partim ecclesiastici, & partim laicali. Sac. Cong. Concil. in una Bracharen. quam refert de verbo ad verbum Modern. Lusitan. de manu Regia part. 1. c. 7. n. 36. & in Pisana 5. Febr. 1628.

54 Sextodecimo, sine concursu conferuntur beneficia regularia curata, licet clericis secularibus commendari solita. Sac. Cong. Concil. 3. Augusti 1760.

55 Beneficia quæcumque ecclesiastica conferri solum possunt ab inferioribus Papæ, quando sunt vere vacantia; & si conferantur, vel promittantur ante vacationem, etiam à Patronis, eorum collatio, seu promissio est nulla; cap. Nulla, de concessione Præbendæ, ubi sic expresse habetur: "Nulla ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel ecclesie tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacant, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus Gentium inveniantur inhibita, turpe est, & divini plenum animadversione iudicii, si locum in ecclesia Dei futuræ successione spectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt." Idem statuit in cap. Cum dilecta 16. de concess. Præb. his verbis: "Cum dilecta &c. fecerit promissiones de non vacantibus beneficiis ecclesiasticis, in quibus Jus obtinet patronatus, & donationis eorum in manibus posuerit alienis, mandamus quatenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem, ne similia de cetero attentare presumat." Idem sancitum fuit in Conc. Sabinens. c. 15. præcisus his verbis: "Ambitionis improbræ, & cupiditatis perveræ studium, per quod ad beneficia nondum vacantia via damnabiliter aperitur, reseccare, & præcludere affectantes, statui-mus, ut nulli ecclesiarum patroni ad ecclesias, in qui-

Ut effectum sortiantur gratiæ apostolicæ, videlicet, uniones, resignaciones, regressus, & permutaciones, de quibus hisce in numeris tractatur, assensus regie majestatis prerequisiteur. (1)

(1) Remis. 20. ejusd. Ibi: Y que para las uniones, permutas, resignas y afeciones ó indultos, y otras se-

bus Jurepatronatus obtinent, antequam vacent, cuiquam literas presentacionis concedant, quas si forte concesserint, eo ipso irritæ sint penitus, & inanes. Clerici vero, qui hujusmodi literas presentacionis impetrant, vel pro quibus, ipsis scientibus, vel consentientibus, ab alio impetrantur, ad ecclesias ipsas obtinendas in ipsa vacatione reddantur inhabiles ipso facto? Sic etiam habetur in c. Relatum 3. & c. Ex tenore 13. de concess. Præbend. & cap. Detestanda 2. de concess. Præbend. in 6. & expresse in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 19. de reform. ubi expectativæ, seu concessiones ad beneficia vacantia prohibentur, & in constit. 28. Pauli III. incip. Sanctissimus, edita 11. Decembris 1541. in qua beneficia viventi impetrari vetuit, & sic tenet Rota part. 3. rec. dec. 726. n. 2. & part. 4. tom. 3. dec. 609. n. 2. & p. 8. dec. 159. n. 3. & p. 9. tom. 2. dec. 374. n. 9. Immo Beneficium non vacans obtinens scienter, est deponendus; c. Qui vivorum 1. de concess. Præb. ubi sic præcisè statuitur: Qui vivorum Sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores vivis Sacerdotibus adhiberi.

Notanter fuit dictum beneficium ecclesiasticum solum quando sunt vacantia posse conferri ab inferioribus Papæ, quia Papa ipse ratione sua plenariè potestatis potest Jus tribuere etiam in beneficiis vacantibus, ut expresse habetur in c. Licet 2. de Præb. in 6. ubi dicitur, quod Papa non solum ipsa (Beneficia) cum vacans, potest de Jure conferre, verum etiam Jus in ipsis tribuere vacantibus. Et hoc factum esse patet in cap. Dudum 14. de Præb. in 6. Et passim fieri videmus in coadjutoribus, quæ de consensu Coadjuti dantur à Papa in canonicis, & aliis beneficiis in cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis, & hoc quia Papa est supra jus, ut ipsemet dicit in cap. Propositum 4. de concess. Præbend. præcisus his verbis: Qui secundum plenitudinem potestatis de Jure possumus supra jus dispensare. Et hoc adeo verum est, ut non solum Coadjutoria cum futura successione à Papa ex speciali gratia concessæ, sed etiam simplices expectativæ, quæ procul dubio sunt contra Concil. Trident. sess. 24. cap. 19. ut dixit Rota part. 1. recent. dec. 276. n. 3. sustineantur; licet Tridentino derogatum non fuerit, quia illi nec solet, nec oportet specialiter derogare propter expressam preservationem auctoritatis Apostolicæ Sedis, quæ habetur in cap. ultim. sess. 25. de reform. sed satis est ut Papa disponat contrarium ejus, quod Concilium disposuit, dummodo supplicatio manu Papæ signata fuerit, ut expresse declarat S. Pius V. in suo motu proprio ad literam relato à Nicolao Garcias de beneficiis part. 4. c. 5. n. 52. & 53. & sæpius censuit Sac. Congr. ejusdem Concilii interpres, & fuit declaratum à cancellaria apostolica per Abbreviatores, ut attestatur idem Garcias cit. cap. 5. num. 34. & 35. & decidit Rota in una Pensionis S. Angeli 16. Decembris 1594. coram Cardin. Pamphilio. Non autem requiritur specialis ipsis Trident. expressa derogatio, sed sufficit, quod Papa contra Concilium disponat. Rota part. 1. recent. dec. 714. num. 6. & part. 6. dec. 71. num. 9. & part. 19. tom. 2. dec. 498. n. 27. Hinc satis videtur eidem Concilio derogatum ex clausula: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis. Rota part. 2. recent. dec. 687. n. 24.

(Vide addit. hisp. verb. Adjuncti, & verb. Canonici, vers. Cum scopus: & verb. Gratia. Concordat lex 5. tit. 5. p. 1. ibi: E poterior: sine discrimine lex 10. & 11. tit. 16. ejusd. p. quæ quidem ex num. 55. nunc usque astruunt doctrinam.)

Beneficia omnia vacantia, etiam in quibuslibet cathedralibus, & aliis ecclesiis ab Episcopo, ad quem collatio spectat, sunt conferenda intra sex menses, quibus elapsis, de Episcopo ad Capitulum, & converso, & demum ad proximum Superiorem collatio devolvitur. Ita expresse ha-

mejantes gratias Apostolicas, debe præceder mi real consentimento: :

betur in cap. Nulla 2. de concessione. Præbend. & concordant cap. Quia diversitatem 5. tit. eodem, cap. Licet 3. de supplenda negligentia Prælatorum, & Clementin. in 6. tit. eod. Sic etiam parochialium provisio intra sex menses faciendæ est, quando eorum collatio ad illum spectat. Intra quatuor vero menses, quando ad Papam spectat, S. Pius V. const. incip. In conferendis beneficiis ecclesiasticis, & presentim parochialibus, edita 15. Kalendas Aprilis 1566. Menses sex dati ad conferendum incipiunt currere non à die vacationis beneficii, sed à die scientiæ vacationis, cap. Quia diversitatem 5. de concessione. Præbend. ibi: Semestre autem tempus non à tempore vacationis præbendarum, sed notitiæ ipsius volumus computari: & concordat cap. Licet 3. de supplenda negligentia Prælatorum, ibi: Tempore semestri... non à vacatione, sed à notitia computato; & Rota p. 2. recent. dec. 186. num. 1. Et eadem Rota in una Placentina parochialis de Malparida 28. Junii 1585. coram Seraphino dec. 702. inter impressas, tenuit tempus sex mensium datum Ordinariis ad conferendum parochiales ad eorum collationes spectantes per dictam Bullam S. Pii V. quæ dicit à die vacationis notæ, quamvis Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatus, cum per ipsum stetit, refert Nicol. Garcias de benef. part. 10. c. 2. n. 22.

56 Sic etiam tempus quatuor mensium concessum Ordinariis ad provisionem faciendam de parochialibus ad Papæ collationem spectantibus, non currit nisi à die notitiæ vacationis habite, ut tenet Rot. in una Toletana Beneficii 28. Novembris 1578. coram Seraphino dec. 380. inter impressas (Vid. supr. n. 12. & art. 11.)

57 Et hæc notitia, seu scientia vacationis præsumenda est in Ordinario, cum præsumatur habere certam notitiam beneficium vacantium in sua diocesi, quam tenetur visitare singulis annis ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 3. & de beneficiis inquirere ex cap. Ordinarii locorum 3. de offic. Ordin. in 6. considerata per Judicem beneficii qualitate, vacationis modo & temporis illius longitudine, ac distantia locorum; Rota dec. 6. de Jurepat. in notis, & in dict. Toletana beneficii coram Seraphino dec. 380. n. 4. Et ita prædicti sex menses incipiunt currere ab eo tempore, quo scire potuit, vel debuit Episcopus, ut tenuit Rota part. 2. recent. dec. 123. n. 2. 14. Januarii 1611. in Vicenti. Parochialis Castri Tertii coram Manzanedo. Est isti sex menses debent computari juxta kalendariam, secundum quod occurrit, & præsent per totum circulum anni, & quod deficit de primo mense, accipiendum est de ultimo. Ita cum communi Glossa in cap. Quam sit 6. de elect. in 6. verb. Menses. (Circa visitationem, vide add. hisp. verb. Notarius, in vers. ab Ecclesiasticis.)

58 Presentatio ad beneficium Jurepatronatus laicorum fieri debet intra quatuor menses: c. Quoniam 3. & cap. Cum propter 27. de Jurepatronatus in 6. §. Verum, ubi sic præcisè dicitur: Verum licet patronus laicus ad presentandum, tempus habeat quadrimestre dimittat: & in ejus Summario: Laicus quadrimestre tempus habeat ad presentandum. Rota part. 9. tom. 1. dec. 19. n. 13. & eadem part. 9. tom. 2. dec. 446. num. 16. part. 12. dec. 25. num. 4. dec. 39. num. 6. dec. 146. num. 9. dec. 250. num. 3. dec. 394. num. 2. part. 13. dec. 529. num. 5. part. 14. dec. 262. num. 8. part. 15. dec. 176. num. 5. Quo quidem quadrimestri tempore elapso, Patroni auctoritas expirat, ita ut post illud non possit amplius presentare. Rota part. 2. recent. dec. 10. n. 7. Non præjudicat tamen dictum quadrimestre pupillo, quin eidem ob non petitam in tempore dispensationem competere restitutio in integrum. Rota part. 13. recent. dec. 290. num. 14. Patronus autem ecclesiasticus de Jure habet semestrem ad presentandum; cap. Eam te decet 22. de Jurepatronatus in 6. ubi sic dicitur: Ecclesia tamen (vel monasterium, cui factus est à laico. Juris collatio patronatus) tempus habet semestris; & in ejus Summario sic: ecclesia vero (habet) semestris licet à laico acquisiverit Jurepatronatus. Rota part. 3. recent. dec. 377. num. 2.

59 Sic etiam idem semestrem ad presentandum habet locus pius. Rota part. 12. dec. 250. n. 5. Nihilominus si patronus ecclesiasticus prima die v. g. semestris aliquem præsentet, non potest deinde, semestri adhuc durante, alium

presentare. Rota part. 13. recent. dec. 14. num. 18. Et 75 tanto minus suffragatur presentatio per eum facta post dictum semestrem. Rota part. 3. recent. dec. 377. num. 2. Quod si agatur de Jurepatronatus mixto laicorum, & ecclesiasticorum, tunc presentatio fieri potest ab omnibus patronis intra semestrem. Rota part. 19. tom. 1. dec. 129. num. 3. & dec. 298. num. 1. 4. & seq. Tale enim Jurepatronatus mixtum gaudet privilegio ecclesiastici ad effectum presentandi intra semestrem. Rota part. 12. dec. 252. n. 15. & part. 13. dec. 376. n. 4. & 6. Etiam si minor pars sit Clericorum. Rota part. 12. dec. 250. n. 13. & 14. Ita tamen ut patroni vii laici intra quadrimestre ad presentandum ante Episcopi institutionem possint variare, ibid. n. 19. Quin amittant tamquam Clerici semestrem ad presentandum, ibid. n. 20. & 21. Quia 81 in Jurepatronatus mixto semper attenditur qualitas favorabilior patronis, ibid. n. 22. & 23.

Tempus ad presentandum non currit patronis, nisi à die scientiæ, seu habite notitiæ vacationis. Rota part. 2. recent. dec. 10. num. 7. dec. 173. num. 1. & dec. 406. num. 1. part. 3. dec. 377. num. 3. part. 7. dec. 221. num. 9. part. 19. tit. 2. dec. 678. num. 12. Non autem à die vacationis. Rota part. 3. dec. 377. n. 4. Et quidem dictum tempus currit solum à die scientiæ veræ. Rota part. 5. tit. 1. dec. 15. n. 12. Ita ut probatio scientiæ debeat esse vera, & conclusens, nec præsumptiva sufficiat. Rota part. 2. dec. 173. n. 1. Nisi ignorantia vacationis sit inverisimilis, quo casu tempus currit à die ipsius vacationis. Rota part. 3. dec. 377. n. 3. Præsumitur autem ignorantia potius, quam scientia, si beneficium decesserit extra locum beneficii, & habitationis patronorum. Rota part. 3. dec. 1. n. 21. Si intra tempus sex, vel quatuor respective mensium beneficia non conferantur, vel presententur, collatio devolvitur gradatim ad superiorem, id est, de Capitulo ad Episcopum, de Episcopo ad Metropolitanum, de Metropolitanis ad Nuntium, & de Nuntio ad Papam, cap. Licet 3. de supplenda negligentia Prælatorum, & cap. Nulla 2. de concess. Præbend. & Rota p. 2. recent. dec. 181. n. 1. & part. 18. tit. 1. dec. 180. n. 3. Et quilibet eorum habet sex menses ad conferendum à tempore scientiæ. Rota in Spoletana Beneficiorum 31. Januarii 1594. coram Mantica inter ejus impressas dec. 260. & part. 18. tom. 1. rec. dec. 108. n. 3. Quamvis devolutio esset facta à laico patrono, qui tantum habet quadrimestre; Garcias de Benef. part. 10. c. 3. n. 9. Rota dec. de Jurepatronatus in notis, & in Sabinens. Benef. 11. Maji 1684. coram Gyptio, & in Salamantina Portionis 13. Jun. 1586. coram Ubaldo. Metropolitanus autem conferre non potest jure devolutio, nisi omnes inferiores Collatores ultra sex menses conferre neglexerint, cap. Nulla 2. de concessione. Præbend. cap. Postulasti 15. tit. eod. Sed Papa lapsio primo semestri, statim potest providere. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. §. 3. proam. n. 5. Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episcop. alleg. 58. n. 12. Fagnan. in cap. Nulla, de concessione. Præbend. n. 36. ubi dicit quod Papæ negligentiam nemo supplet, cum Superiorem non habeat: salvo tamen eo, quod habetur in cap. Statutum 3. de Præbend. in 6. Ubi statuitur, quod si Papa beneficia vacantia in curia non conferat infra mensem à die vacationis, illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre, ac si nulla unquam reservatio extitisset.

In ceteris autem beneficiis, præter vacantia apud Sedem Apostolicam, nullum est Papæ præfixitum tempus ad conferendum. Sic cum communi Barbosa lib. 3. Juris ecclesiastici cap. 13. num. 34. Reiffensuel l. 3. decret. tit. 6. à num. 439. ad 447. ubi multa ad rem.

In exemptis immediate Papæ subjectis, devolutio fit immediate ad Papam, vel Legatum de Latere, cap. Sicur 2. & cap. Licet 3. de supplenda negligentia Prælatorum. In Beneficiis, quorum collatio jure proprio pertinet ad Episcopum, eo negligente conferre intra tempus debitum, potestas conferendi devolvitur ad Capitulum Cathedralis; ac vicissim, si collatio jure proprio spectet ad Capitulum, eo negligente conferre intra tempus debitum, dicta potestas devolvitur ad Episcopum; c. Nulla 2. de concessione. Præbend. præcisus his verbis: "Si autem

tem

tem Episcopus, ubi ad eum spectat conferre, distulerit per Capitulum ordinetur; quod si ad Capitulum pertinet, & infra prescriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc cum Religiosorum viderum consilio exequatur. Et hoc ibi statuitur ob magnam communionem, quæ inter Episcopum, & Capitulum tamquam caput, & membra ejusdem corporis mystici intercedit, ut merito unius defectus per alterum suppleatur. Si tamen ambo neglexerint, tunc potestas conferendi devolvitur ad Metropolitanum, ut subjungitur *cit. c. Nulla*, ibi: *Vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat.* Quod si autem collatio beneficii non pertinet ad Episcopum Jure proprio, sed ex Jure speciali, v. gr. ex delegatione, privilegio, & devolutione ob negligentiam inferioris Collatoris, tunc Episcopo negligente, Jus conferendi, non ad Capitulum, sed immediate ad Metropolitanum devolvitur. Et si Episcopus sit exemptus, tale Jus devolvitur immediate ad Papam; quia quoad similia beneficia cessat dicta communio inter Episcopum, & Capitulum; Abbas Paronim. *in dict. cap. Nulla 2. de concessione Præbend. num. 6.* Rebuff. *iii. de devolutionibus num. 21.* Barbosa *part. 3. de offic. & potest. Episcop. allegat. 126. num. 78.* Felinus, & alii paisim.

98 Devolutio ad immediate Superiorem fit etiam in Episcopatus, Archiepiscopatus, & Abbatibus, seu Prælatibus Regularibus, si illi, ad quos spectat electio, negligenter eligere intra tres menses; c. Ne pro defectu 41. de electione præcisus his verbis: "Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis ecclesia viduata grave dispendium patiat, volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum, & ecclesiarum indemnitatibus providere, statuitur, ut ultra tres menses cathedralis ecclesie, vel regularis Prælati non vacent, infra quos (justo impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proxime præesse dignoscitur, devolvatur: & hic minus tempus devolutionis præscribitur, id est, dumtaxat trium mensium, quia mora in talibus est periculosa, ibi: *Volentes in hoc occurrere periculis animarum, & ecclesiarum indemnitatibus providere. Communis cum glossa in c. Quamquam 18. de elect. in 6. Innocent. in c. Nulla 2. de concess. Præb. circa fin. vers. Et licet olim, Hostiens. ibid. n. 3. vers. Quarto, Fagn. ibid. n. 31.* Notandum est tamen, quod poena devolutionis locum solum habet, quando illi, ad quos spectat electio, seu collatio, distulerint eligere, vel conferre per negligentiam; secus autem si per impotentiam Juris, vel facti, etiam culpa contingente, c. Quia diversitatem 5. de concess. Præb. De impedimento Juris exemplificat textus, ibi: *Tempus etiam, quo ad Apostolicam Sedem accessit, & apud illam permansit, vel recessit ab illa, infra sex menses nullatenus computetur; Cum, ut rationem reddens dicit hic textus, Cum illa Lateranensis Concilii Constitutio contra negligentiam tantum fuerit promulgata, ut patet in ipso *cit. cap. Nulla 2. de concess. Præbend. ibi: Si omnes forte neglexerint. Juste autem impeditum potest dici negligens, & ideo tempus ei non currit, ut statuitur in hoc *cit. cap. Quia diversitatem 5. de concess. Præbend. & in *cit. cap. Ne pro defectu 41. de electione, ibi: Justo impedimento cessante, & l. 1. §. ult. C. de ann. except. & in l. In rebus, C. de jure Dot.****

102 Justo autem impedimento cessante, omnis electio, seu collatio, quæ fit post elapsum tempus à Jure præscriptum, est nulla, nisi de patientia, seu misericordia toleretur; *cap. Licet 3. cap. Literas 4. & c. Dilecto filio 5. de supplend. neglig. Prælator. ac tradit Glossa in *cap. Nulla 2. de concess. Præbend. præcisus his verbis: Nisi de patientia toleretur, & in Summat. *cit. cap. Literas 4. de supplend. neglig. Prælator. expresse dicitur: Si ita, ad quem spectat beneficii collatio, lapsa tempore Lateranensis Concilii conferat, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur. Et ratio est, qui post lapsum temporis à Jure præfixi, Collatores sunt privati potestate conferendi, & hæc ipso Jure devoluta est ad Superiorem, adeoque si postea conferant, licet statim prima die post***

elapsum præfixum tempus, collatio est invalida, ut cum communi docet Rebuff. *in praxi Benef. tit. de devolutione. n. 17.* quia, ut expresse dicitur in *cap. Quod autem 4. de Jurepatronatus: Pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de Jure donare.* Fuit autem notanter dictum: *Nisi de patientia, seu misericordia toleretur, quia si collatio beneficii post lapsum præfixi temporis per inferiorum facta, toleretur per Superiorem, ad quem Jus conferendi devolutum est, tunc electus, & institutus iustus est in conscientia illud retinendo, arg. *cap. Literas 4. de supplend. neglig. Prælat. & tenet ibi communiter Doctores, Cum, ut expresse dicitur *cap. Cum jam dudum 18. de Præbend. Cum multa per patientiam tolerentur, quæ si dedulta fuerint in Judicio, exigente Justitia non debeant tolerari. Licet enim superior non possit ratificare, seu convalidare dictam collationem beneficii, utpote ipso Jure nullam, & invalidam, ut *cap. Auditus 29. de elect. potest tamen illud conferre de novo, eo quod ad ipsum propter negligentiam inferioris Jus conferendi sit devolutum, ut recte Abbas in *cit. cap. Literas 4. de supplend. neglig. Prælat. n. 2. & Anchar. ibid. etiam n. 2.* Et quia nova hæc collatio videtur tacite fieri, dum superior institutum de patientia, seu misericordia tolerat, ideo Gloss. *in *cit. cap. Literas, rectissime dicit præcisus his verbis: "Quod sola patientia dat hoc Jus talibus institutis, non ex illa institutione ex tunc, sed ex nunc ex tali patientia," utpote quæ vim novæ collationis obtinet. Immo potest superior elapso tempore, maxime in beneficiis patronatus, gratiam facere Patronis, & tempus ad præsentandum prorogare; arg. *cap. Sicut de supplend. neglig. Prælat. ubi Doctores meditando ly verbum Licet ac notant, quod textus ponit causam in voluntate illius, cui licet. Rota part. 17. dec. 13. n. 2.* Dummodo tamen superior non proroget tempus ultra sex menses *arg. cap. Nulla, de concess. Præbend. quia ut recte censuit Rota l. c. n. 1. & 2. hoc solum facere potest in præjudicium sui ipsius, non autem in præjudicium alterius superioris.*******

In parochialibus ecclesiis de Jurepatronatus tenetur Episcopus infra duos menses instituire illos, qui juxta formam Concilii Tridentini ad eas promoti fuerint, alioquin patroni possunt pro hujusmodi institutione obtinenda, habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam, prout statuit S. Pius V. in constitutione que incipit: In conferendis Beneficiis, præcisus his verbis: "Data tamen in parochialibus Jurepatronatus optionibus ipsis patronis, ut si institutio ad Ordinarium spectabit, ipsis Ordinarius illam facere negligentes, & ultra dictos duos menses differantibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda, habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam." Eveniente tamen vacatione alicujus ecclesie parochialis, potest Episcopus ultra quatuor vel sex menses respective à die vacationis apponere edictum pro concursu parochialis, ut decrevit Sac. Congr. Concil. in *Tibur. 28. Aprilis 1629.* Quod edictum non potest apponi cum majori termino viginti dierum; quidquid enim ultra viginti dies apponitur, nullum est propter decretum irritans in *cit. const. S. Pii V. incip. In conferendis, ibi: "Prohibentes etiam eisdem Ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis, & Patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant;" & sic etiam ex mente Sacre Congregationis Concilii sæpiissime fuisse responsum in Rota, refert Lotter. *De re benef. lib. 2. quest. 31. num. 41.* Barbosa *de offic. & potest. Episcop. 3. alleg. 60. n. 46.* terminus autem decem, vel viginti dierum ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, non currit à die habite notitie vacationis ecclesie, sed potest ab Episcopo quodcumque assignari infra tempus electionis magis idonei præscriptum. Sic edictum fuisse à Sac. Congr. Concil. refert Aldan. *in compend. canon. resol. lib. 3. tit. 9. num. 21.* Barbosa in Trident. *sess. 24. c. 18. n. 57.* Debet tamen Episcopus statim, ac occurrerit alicujus parochialis ecclesie vacatio, deputare, si opus fuerit, pro ejus regimine aliquem idoneum*

neum Vicarium, seu Æconomum, prout expresse statuit Concil. Trident. *sess. 24. cap. 18. de reformat. ibi: "Debeat Episcopus statim habita notitia vacationis ecclesie, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituit, qui onera ipsius ecclesie sustineat, donec ei de Rectore provideatur." Ubi nota quod ly Si opus fuerit additum fuit ad excludendum casum, quo in eadem ecclesia adesset alii Mendicanti sacramento, qui interea curam, quæ ad defunctum spectabat, exercerent; sic declaratum fuisse à Sac. Congr. Concil. refert Garcias *part. 9. de beneficiis c. 2. n. 13.**

111 Late hic agit Auctor de concursu, tum de devolutione. Multa sane addenda essent, eaque magni momenti; sed ne primum hoc volumine nimium exrescat, congruum duximus alibi, & fortassis locis opportunitioribus, utrumque argumentum illustrare.

112 Hic vero addendum est, quod forma collationis dupliciter concipi solet, vel modo proprio Collatoris, vel ad petitionem beneficiarii supplicantis. Ordinariorum collationes semper ex inveterata ecclesie disciplina motu proprio factæ sunt, quum nullam faciant mentionem de petitionibus prævisis ad reprobandum ambitum sacris canonibus & legibus odiosum, Gagliard. *de benef. c. 19. n. 5.*

114 Contra à Summo Pontifice beneficia conferri solent ad petitionem Beneficiarii, & quidem vel in forma gratuita, vel in forma dignum, seu in forma commissaria.

115 Collatio in forma gratuita nihil amplius ad sui perfectionem desiderat, adeoque jus plenum in beneficium tribuit, & fieri solet quoties Imperans cum attestatibus ut plurimum Ordinarii idoneum se ostendit quoad mores, & doctrinam ad beneficia obtinenda. Collatio vero in forma dignum, seu commissaria, aliud in substantia non est, quam mandatum Ordinarii loci, vel alio Executori apostolico, ut si dignum atque habilem repererit imperatorem, ei beneficium conferat, ipsumque in possessionem immitat, & tunc fit, quum non deest mox dicta probatio idoneitatis imperantis. Idem Auctor ubi sup. n. 7. & plur. seq.

117 Hinc sequitur, quod sola collatio in forma gratuita consumat præcedentem vacationem, ita ut si decedat prævisis possessione nondum capta, vacet beneficium per ejus obitum, non autem ut prius, ut ex text. in *cap. Si absentis de præbend. in 6. respondit Rot. in Rosavens. Canonatus 23. Junii 1741. §. 18. cor. Illustriss. Mol. in Majoris. benef. 15. Februarii 1745. §. cor. clar. mem. Millin & in Palentina Canonatus 11. Martii 1757. §. 4. cor. R. P. D. Canillac.*

118 Quando collatio facta dici debet in forma gratuita, & quando in forma dignum, seu in forma commissaria, facile est ex mox deductis discernere. Vide nihilominus Amyden. *de styl. datar. lib. 1. cap. 5. quest. 1. num. 6.* Rosian. *de executione literar. apostolic. part. 1. cap. 2. num. 1. in fin. & num. 71.* Calcagn. *in prax. utr. signat. post prim. part. observ. prælat. legal. cap. 5. numer. 59.* Rot. in Cordubens. Præbitionis 21. Januarii 1324. §. Ne quo cor. clar. mem. Corio, & in Viterbiens. Canonatus super literis apostolicis 18. Junii 1743. §. Præterquam, cor. Illus. de Thunm. *de benef. c. 19. n. 5.*

119 Solet præterea Summus Pontifex largiri Bullas novæ provisionis ad convalidandum, vel confirmandum priorem collationem vel à se ipso, vel ab Ordinario factam, ut suppleantur defectus, & tollantur nullitates anterioris collationis, Consule de Bullis hæcæ novæ provisionis, earumque variis speciebus, tum effectibus variis, Gagliard. *cit. tract. de beneficiis, dict. cap. 10. ad num. 10. ad plur. seq. &*

ARTICULUS IV.

Beneficia à quibus conferenda, vel non.

SUMMARIUM.

Summus Pontifex plenaria potestate conferendi omnia beneficia, ad num. 9.

Quæ beneficia conferre possint Legati à latere in sua provincia, ad num. 18.

19 Cardinales in ecclesia sui nulli.

20 Nuntii apostolici vigore suarum facultatum, ad n. 29.

30 Episcopi in propria diocesi, ad num. 36.

37 Capitulum Cathedralis, ad num. 39.

40 Capitulum, Sede episcopali vacante, ad num. 43.

44 Vicarius Generalis, ad num. 47.

48 Nulla omnino beneficia conferre possunt Laici, ad num. 50.

51 Quæ beneficia conferre nequeant Legati à latere, ad num. 60.

61 Episcopi, ad num. 71.

72 Capitulum, Sede episcopali vacante, ad n. 76.

77 Vicarius Generalis, ad num. 79.

80 Beneficia conferri non possunt à Schismaticis.

81 Neque ab Excommunicatis.

82 Neque à Suspendis, ad num. 83.

84 Inseruntur addit. ex aliena manu, ad n. 104.

Summus Pontifex habet plenariam potestatem conferendi omnia beneficia ecclesiastica totius mundi; c. Licet 20. de præbend. in 6. c. Si Papa 10. §. Si autem de privil. in 6. Clement. unic. §. final. Ut lire pendente; Rota p. 4. recent. tom. 1. decis. 215. num. 1. part. 4. tom. 2. dec. 59. num. 8. part. 4. tom. 3. decis. 630. numer. 23. part. 5. tom. 1. decis. 206. num. 1. part. 8. decis. 44. numer. 21. Papa enim est Ordinarius Ordinariorum habens concurrentem potestatem cum omnibus ecclesie Prælatibus, cap. Cuncta per mundum 17. caus. 9. quest. 3. c. Licet 20. de foro competent. Atque ab ipso omnis beneficiorum divisio, & collatio originem habet; c. Ecclesias singulas unic. caus. 13. q. 1. Et primitus omnia beneficia secundum quosdam conferrebat; & licet postea dilata ecclesia, in partem sollicitudinis vocaverit Episcopos, sique potestatem conferendi beneficia suarum diocesium communicaverit, sibi tamen potestas remaneret; c. Dudum 14. §. Nos igitur, de præbend. in 6. ibi: *Et si memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos autem nihilominus remansit major.* Unde indulta, & privilegia conferendi beneficia nunquam impediunt, quin Papa valeat cum Ordinario collatore concurrere. Rota part. 16. recent. decis. 200. num. 7. & 8. Ipse enim omnia beneficia ad Ordinariorum collationem pertinentia conferre potest vel jure præventionis, vel jure concursus, vel jure devolutionis, ut dictum fuit *supr. art. 3. num. 2. vid. ibi.* Neque Ordinarius tamquam inferior potest præjudicare Papæ, quin eum prævenire, & cum eo concurrere possit super collatione beneficiorum. Rota part. 17. recent. decis. 13. num. 5. Immo Papa concurrente cum aliis Collatoribus potest conferre beneficia in omnibus mensibus, ejusque provisio in dubio semper est præferenda, ubi non constat de anteriori provisione Ordinarii; Rota part. 2. recent. decis. 372. n. 1. Ita ut provisio, seu collatio per Papam facta uti amplioris prerogative præferenda sit in concursu collationis factæ per inferiorum eodem tempore; cap. Si à Sede apostolica 31. de præbend. in 6. Rota part. 10. recent. decis. 25. num. 18. part. 14. decis. 304. num. 1. & p. 18. tom. 1. decis. 18. num. 10. Taliter quod si non sustineatur jure devolutio, valeat tamen ratione, & jure concursus. Rota part. 18. tom. 1. decis. 180. num. 7. Immo facta in mense reservato cum derogatione, vel suspensione indulti Ordinarii concessi in mensibus reservatis, valet saltem per modum præventionis. Rota part. 4. tom. 3. decis. 520. num. 14. & 20. Quinimodo ratione suæ amplissima potestatis valet etiam collatio ab ipso facta per modum præventionis absque ulla derogatione. Rota part. 17. decis. 157. n. 16. & cap. Dudum 14. vers. Considerantes quoque, de præbend. in 6. (Vide infra in hoc verb. addit. hispan. vers. Nonnumquam; in fin. Constat. lex. 1. in fin. tit. 1. part. 2.)

Legatus à latere potest conferre beneficia, quæ in sua provincia vacant tempore suæ legationis; c. Dilectus 6. de offic. Legati, c. Offic. Legati in 6. & c. Presenti 3. end. tit. in 6. Etiam quæ pertinent ad presentationem patroni ecclesiastici; c. Dilectus 6. de offic. Legati, cap. Cum dilectus 28. de Jurepatronatus, cap. Si à Sede

BIBLIOTECA CENTRAL

7777

31. de Præbend. in 6. Immo spectato jure communi Legatus à latere concurrat cum quolibet Ordinario suæ provincie in collatione beneficiorum, ita ut inter ipsos simul, & Papam locus sit preventionis; c. Si à Sede 31. de Præbend. in 6. Rota in una Arrisientiensi beneficii 9. Martii 1587. coram Orano. Gloss. communiter recepta in cap. Officii nostri 1. de officio Legati in 6. verb. Ampliori. Insuper potest Legatus à latere reservare suæ collationi beneficia vacatura, quæ ceteroquin potest conferre vacantia; cap. 14. Præsenti 3. de officio Legati in 6. §. 1. Cum hoc tamen, ut legatione finita expirent reservationes ejusmodi, quando ad tallum beneficiorum collationem nondum est processum; simulque una pendente reservatione, Legatus aliam in eadem ecclesia, vel respectu ejusdem collatoris, aliquatenus non faciat, ut expresse habetur, prohibitum in cit. c. Præsenti 3. de officio Legati in 6. præcisus his verbis: "Ceterum reservationes hujusmodi (per quas interduci prælati, & ecclesie nimium onerantur) restringere cupientes; prohibemus ne postquam Legatus in aliqua cathedrali, vel collegiata ecclesia reservationem aliquam duxerit faciendam, aliam (illa pendente) faciat aliquatenus in eadem. Nec etiam postquam alibi reservaverit aliquod beneficium ad collationem pertinens ejusque aliud quod ad illius collationem pertinet (quamdiu reservatio pendet alterius) sibi quoquo modo reservet." Quinimo potest etiam Legatus à latere conferre beneficia ad Sedem apostolicam devoluta, sive ex negligentia sive ex delicto inferiorum; c. Venerabilis 37. de Præbend. Gloss. in c. Officii nostri 1. de officio Legati in 6. verb. Ampliori, & cum multo Barbosa, lib. 1. Juris ecclesiastici, c. 5. n. 32. Et à fortiori potest Legatus à latere conferre beneficia ad Episcopum devoluta; dummodo præveniat: Et dato quod idem beneficium sit collatum à Legato, & ab Episcopo, & nesciatur, quæ collatio prius facta fuerit, & neuter adhuc possideat, erit præferendus is, cui Legatus beneficium contulit propter conferentis ampliore prærogativam, textu expresso in c. Si à Sede 31. de Præbend. in 6. Et beneficia suæ provincie potest Legatus conferre cuique, etiam existentis extra provinciam ex quo collatio est voluntaria jurisdictionis. Rota part. 4. tom. 1. recent. decis. 69. n. 2. & annot. ad dec. 14. n. 3. part. 5. Cardinales Titulares de jure communi habent jus conferendi beneficia in ecclesia sui titularis. His quæ 11. de Majori. & Obediens. Abbas lib. n. 1. Rota part. 2. recent. dec. 432. n. 3.

20. Nuntius apostolicus vigore suarum facultatum potest conferre quæcumque beneficia, etiam reservata, dummodo non excedant valorem Ducatorum 24. Rota part. 14. recent. decis. 259. n. 3. Sic etiam Nuntius Hispaniarum potest solum conferre beneficia non excedentia valorem Ducatorum 24. aut de Camera. Rota part. 3. decis. 548. n. 1. part. 12. dec. 75. n. 4. part. 14. decis. 392. num. 1. part. 16. decis. 355. n. 14. part. 17. decis. 96. n. 11. & decis. 298. n. 17. part. 18. tom. 1. decis. 78. n. 2. & seq. & decis. 189. num. 10. Et in tali summa computantur etiam incerta, & distributiones quotidiane, exceptis Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis. Rota part. 12. decis. 75. num. 4. part. 14. decis. 292. num. 9. part. 17. decis. 298. num. 17. Et propterea debet prius ei constare, beneficia non excedere talem summam, & debet se de ea informare ex testibus fidedignis, & quæ provident. Rota part. 3. decis. 448. n. 1. part. 12. decis. 238. num. 9. part. 16. decis. 296. num. 22. decis. 355. num. 14. part. 18. num. 1. decis. 232. num. 7.

24. Aliter nulliter providet, nec tribuet titulum neque coloratum. Rota part. 3. decis. 548. num. 1. part. 16. decis. 296. num. 22. part. 17. decis. 289. num. 10. Et hoc desumitur ex clausulis, & decreto irritante appositis ejus facultatis. Rota part. 18. tom. 1. decis. 189. Et sufficit quod beneficium excedat summam prædictam in uno Regali, vel Julio pro excludenda provisione Nuntii. Rota part. 16. decis. 296. num. 14. part. 17. decis. 298. n. 6. Et talis summa 24. Ducatorum est intelligenda non deductis oneribus, immo eis comprehensis. Rota part. 16. decis. 296. n. 19. De jure autem communi Nuntii apostolici, etiam cum potestate Legati à latere missi, non possunt conferre beneficia in sua pro-

vincia, sicuti possunt Legati à latere Cardinales, textu expresso in c. Officii nostri 1. de officio Legati in 6. ibi: "Proinde præsentis decreto statuimus, ut Ecclesia Romanæ Legati, quantumcumque plenam legationem obtineant, sive à Nobis missi fuerint, sive suarum prætextu ecclesiasticum Legationis sibi vindicent dignitatem: ex ipsius Legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem, nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgentiam, quod in fratribus nostris legatione fungentibus volumus observari, quia sicuti honoris prærogativa lætatur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori." Unde quoad hoc debent Nuntii attendere facultates specialiter sibi concessas, cum non jure ordinario, sed speciali, & delegato Papæ, vigore Indulti, tantum beneficia conferre possunt, ut de Nuntio Hispaniarum censuit Rota part. 17. recent. decis. 298. n. 24. Et proinde nequeunt concurrere cum Ordinario. Petra tom. 5. in const. 1. Nicol. V. n. 40. citans Rotam in Compostellana beneficii 1705. coram Cardin. Caprara.

Inter Ordinarios beneficiorum collatores Summo Pontifice, ejusque Legato inferioris, primus est Episcopus, cujus nomine veniunt Archiepiscopi, Primate, Patriarchæ, alique Prælati archiepiscopali speciali territorio, & jurisdictionem quasi episcopalem habentes, vel ad hoc speciali privilegio gaudentes; c. Regenda 4. caus. 10. q. 1. cap. Omnes Basilicæ 10. & cap. Nullus omnino 11. caus. 16. 6. 7. Accedens 14. & cap. Postulastis 15. de concess. præbend. cap. In ecclesiis 12. de Capellis Monachorum. c. Cum ex injuncto 12. de hereticis, §. final. cap. Cum & plantare 3. de privilegiis. Episcopus in propria diocesi confert etiam beneficia ibi fundata ab Episcopo alterius diocesis; c. Si quis Episcoporum 2. caus. 16. quest. 4. ibi: "Omnis ecclesie ipsius gubernatio ad eum (Episcopum) in cujus civitate territoria ecclesia sursum, pertinet. Episcopo autem edificatorio competit solum Jus patronatus respectu ecclesie à se edificatæ, nec facultas presentandi idoneum Clericum ad ipsam, sicut istud competit unicuique Patrono privato. Abbas in cap. Cum ecclesia Vulterrana 31. de election. num. 8. Episcopus enim loci de jure communi habet fundatam intentionem, ac juris assistentiam super collationem omnium beneficiorum suæ diocesis, ut patet per allegata jura, & per Rotam part. 2. decis. 16. num. 1. decis. 608. n. 1. part. 6. decis. 43. num. 1. part. 7. decis. 247. num. 1. & seq. part. 8. decis. 15. num. 1. part. 11. decis. 128. num. 3. part. 12. decis. 300. num. 33. part. 13. dec. 70. num. 5. part. 18. tom. 2. decis. 476. num. 1. part. 19. tom. 1. decis. 60. num. 5. Episcopus potest culibet accedere collationem de beneficio permutato, quando ad eum spectat collatio ejusdem beneficii. Rota part. 9. tom. 1. decis. 230. num. 15. Potest conferre beneficia vacancia mensibus reservatis de tempore vacantis Sedis apostolicæ; Sede enim apostolica vacante, omnes menses sunt Ordinarii, nisi aliam reservationem habeant; c. Si apostolica 35. de præbend. in 6. Rota part. 19. tom. 1. decis. 121. num. 11. Episcopus potest conferre etiam beneficia vacantia in Curia, si Papa ipsa non conferat infra mensem à die vacationis, textu expresso in c. Statutum 3. de præbend. in 6.

Capitulum cathedralis, Episcopo negligente, potest conferre beneficia ad hujus collationem spectantia; habetur expresse in c. Nulla 3. de concess. præbend. ibi: "Si autem Episcopus, ubi ad eum spectat, conferre distulerit, per Capitulum ordinari. Quando collatio beneficii communiter pertinet ad Episcopum, & Capitulum, mortuo Episcopo, vel effecto inhabili, potest illud conferre Capitulum; cap. unic. Ne Sede vacante in 6. ibi: "Si ad Episcopum, & Capitulum communiiter pertinet collatio præbendarum, mortuo Episcopo, vel à beneficiorum collatione suspensio, poterit Capitulum vacantes conferre præbendas, etiam si Episcopus interesse habeat in collatione hujusmodi, ut Prælati. Et sic etiam Capitulum effecto ad conferendum inhabili, puta, vel quia est suspensum à collatione, vel quia singulariter omnes de Capitulo sunt excommunicati, tunc solus Episcopus poterit illud conferre; ex cit. cap. unic. Ne Sede vacante in 6. Et ratio est, quia Capitulum, & Episcopus cen-

sentur unum corpus, quoad ea, quæ eis conveniunt communiter faciendæ; c. Novit 4. de bis, que sunt à Prælati, ac proinde uno ipsorum effecto inhabili, succedit alterum; nam jam jura corporis mystici, seu Universitatis conservantur in uno; leg. Sicut, §. fin. ff. Quod cujusque universi nomin. (Adrem Reg. Sebed. 10. Mart. an. 1778. in add. hispan. verb. Venditio) Capitulum, Sede episcopali vacante, potest confirmare electiones ad beneficia celebratas, vel eas justa exigente causa infirmare; cap. Cum olim 14. de Majori. & Obediens. Potest etiam Sede vacante, presentatos à patronis ad beneficia instituire; cap. Bisi Capitulum 1. de Instituis. in 6. ibi: "Et si Capitulum Sede vacante beneficia, quæ ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit, presentatos tamen à patronis potest admittre, si sint idonei, & eos instituire in beneficiis ad que fuerint presentati; licet ad Episcopum (si superest) admittit, vel instituit hujusmodi peritineri. Item potest Capitulum Sede vacante resignationes beneficiorum recipere, quando fiunt non ex causa libera, sed necessaria, v. gr. resignationes ex justa causa permutationis factas, vi cujus beneficia resignata necessario sunt conferenda Clericis resignantibus post admisionem ipsorum resignationem. Clement. unic. de rerum permut. Jura enim vacante Sede indulgent Capitulum episcopalem jurisdictionem causa necessitatis, ne ex defectu superioris periculum generetur, ut recte notat Gloss. in cap. His, quæ 11. de Majori. & Obediens. verb. Pro bono patre. Et sic etiam recipere potest Capitulum Sede vacante, atque autorizare resignationes beneficiorum, quando horum collatio spectat ad solum Capitulum, vel ad Episcopum, & Capitulum simul, tunc enim nihil obstat, quia talium beneficiorum resignationem quasi jure quodam accrescendi recipere possit, cum jus ea conferendi Sede vacante pertineat ad ipsum Capitulum; cap. unic. Ne Sede vacante in 6. sic Gloss. in Clement. unic. de rerum permut. verb. Conferatur, & cum multis Barbosa de officio. & potest. Episc. part. 3. alleg. 19. n. 8.

44. Vicarius Generalis, seu Officialis Episcopi per commissionem officii sibi generaliter factam potest presentatos à patronis instituire in beneficiis; cap. Ex frequentibus 3. de institutionibus, ibi: "Ex frequentibus querelis didicimus in parvulis vestris consuetudinem pravam à multis retro temporibus invaluisse, quod Clerici ecclesiasticæ beneficia sine consensu Episcopi Diocesani, vel Officiali suor. (qui hoc de jure possunt) recipiunt. Et Gloss. ibi: verb. Officiali. & summarij, in quo sic præcisè dicitur: "Instituit beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officiales. In generali tamen Vicariatus commissione non venit potestas conferendi beneficia, nisi ipsi Vicario Generali beneficiorum collatio sit specialiter commissa, textu expresso in c. Cum in generali concessione 3. de officio Vicarii in 6. ibi: "Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quæ non esset quæ verosimiliter in specie concessurus, nec regulariter donare valeat it, cui honorum administratio etiam libera est concessa; Officiali, aut Vicarii generalis Episcopi beneficia conferre non possunt. Data autem Vicario generalis speciali facultate conferendi beneficia, poterit Vicarius generalis conferre etiam ea beneficia, quæ jure devoluta ad Episcopum pertinent ob negligentiam, vel delictum inferiorum, quorum erat jus conferendi, nisi beneficia sint devoluta ad Episcopum tamquam Sedis apostolicæ delegatum, puta ob negligentiam Regularem, Clement. 1. de supplend. negligenti. Prælat. Sic Zetola in praxi Episcoporum, part. 1. verb. Beneficia, §. 3. & cum aliis Barbosa de officio. & potest. Episcoporum, part. 3. allegat. 14. n. 62. Vicarius generalis, potest conferre etiam Curata. Sic cum multis à se citatis Fagnan. in c. Mandatum 46. de Simonia, & Rota decis. 7. de Officio Vicarii 437. in antiq. & decis. 3. eod. tit. in antiquior.

48. Beneficia conferre non possunt Laici; cap. Si quis deinceps 12. c. Nullus Laicorum 18. c. Per Laicos 20. cap. Laici 24. cap. Laici 37. caus. 26. quest. 7. quia collatio beneficii ecclesiastici est juris spiritualis, quod Laici nec possidere, nec prescribere possunt; c. Causam 7. de præscriptionibus. Et licet ex speciali privilegio Impe-

ratori, Regibus, aliisque Laicis Principibus hæc potestas concessa reperitur, in cujus vestigium habetur in cap. Dilectus 34. de præbendis, & expresse in specialibus Concordatis Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Poloniæ, Portugalliæ, Sabaudia, aliorumque Regnorum, & Principatuum; tamen quando Imperator, sive alius Rex, vel alius Princeps Laicus confert aliquod beneficium in vim privilegii apostolici, non dicitur ipse Imperator, sive Rex, aut Princeps Laicus conferre, sed confert ipse Papa mediante ministerio talis persone, & ideo collatio non reputatur Imperialis, Regalis, aut alterius Principis, sed mere & absolute apostolica ad leg. Et si Prætor. ff. de officio ejus, cui est mandat. jurisd. leg. Solet, ff. de jurisdictione omn. jud. Rota decis. 15. n. 2. vers. Quia Imperator. ff. de præbend. in antiquis, & in annois. ad dec. 15. part. 3. recent. n. 16. & 17.

Legati à latere varia beneficia conferre non possunt. Primo, non possunt conferre ecclesias cathedralis, vel regulares, aut collegiatis, scilicet Episcopatus, Abbatias, Prioratus, & his similia, & dignitates post Episcopatum majores in ecclesiis cathedralibus, quæ sint electiva, textu expresso in c. Deliberatione 4. de officio Legati in 6. & Gloss. ibid. verb. Ecclesias.

Secundo, Legati à latere conferre non possunt beneficia per Papam suæ collationi spiritualiter, vel generaliter reservata. Gloss. final. in c. Officii nostri 1. de officio Legati in 6. Garcias de benef. part. 5. c. 3. n. 53. post Rotam in Regioni. Canonici, 17. Novembris 1595. & cum plurimis Barbosa lib. 1. Juris eccles. c. 5. n. 42. In reservatis enim Summo Pontifici Legati non possunt se intrromittere absque ejus speciali mandato; c. Quod translationem 4. de officio Legati. Immo licet Legati haberent specialem facultatem conferendi beneficia reservata, non idcirco possent conferre beneficia vacantia in Curia, nisi hoc ipsum specialiter, & expresse eidem fuerit concessum; c. Licet 1. de præbend. in 6. ubi sic expresse statuitur: "Eadem auctoritate statuimus, ut ecclesias, dignitates, personatus & beneficia, que apud Sedem ipsam deinceps vacare consigerit, aliqui præter Romanum Pontificem, quacumque super hoc sit auctoritate multius, sive jure ordinariæ potestatis, ipsorum electio, provisio, seu collatio ad eum pertineat, sive literas super aliquorum provisiones generales, vel etiam speciales sub quacumque forma verborum receperit (nisi ei sit super conferendis eidem in Curia Romana vacantibus specialiter, & expressa ab ipso Pontifice Summo auctoritate attributa) conferre alicui, seu aliquibus non præsumat.

Tertio, Legati à latere non possunt conferre beneficia, quæ ad Episcopi collationem spectant jure speciali, seu delegato; Barbosa loc. cit. n. 47. & Brasmas à Coker de jurisdictione Ordinarii in exempti. part. 2. num. 22. per cap. Studuisti 2. de officio Legati, ubi sic præcisè habetur: "Respondemus quod cum mandatum speciale deroget generali, Legatus commissionem alii factam specialiter impedire non potest. Et in ejus summario sic: De causa specialiter delegata à Papa Legatus se intrromittere non potest.

Quarto, non possunt conferre beneficia Juris patronatus laicalis, arg. c. Dilectus 6. de officio Legati, & cap. Cum Dilectus 28. de Juris patronatus, & ibi Abbas n. 2. Barbosa n. 1. & Gloss. verb. Presentare, & alia Gloss. in Clem. per literas de præbend. verb. Apostolicis, & DD. communiter; idque etiam procedit in beneficiis Juris patronatus mixti, quia nec etiam ipsa Legati conferre possunt. Et hoc fit, ne patroni ex suis bonis partimonialibus fundantes, aut dotantes ecclesias, facile priventur jure suo; sique tum ipsi, tum alii retrahantur à fundatione, & dotatione aliarum ecclesiarum. Card. Tuschus lit. L. conclus. 172. n. 10. Garzias loc. cit. n. 67. & cum plurimis Barbosa lib. 1. Juris eccles. cap. 5. num. 45. Immo neque expedit, ut Papa ipse libere disponat de beneficiis Juris patronatus Laicorum, ne Laici à fundationibus retrahantur, secundum Hostiens. in cap. de Juris patronatus, num. 5. Joan. Andr. num. 2. & Fagnan. ibid. n. 10. Unde fit, ut quamvis Papa, si velit, possit libere conferre beneficia Juris patronatus Laicorum, etiam in vitis patronis, ut notatur in cap. Cum Di-

lectus 28. de *Jurepatron.* & Gloss. *verb.* Presentare, & in c. Dilectus 6. de *offic. Legati.* & Gloss. *verb.* Concessione, quæ dicit hanc potestatem soli Principi competere, non autem legato; non tamen censetur velle Patronatus Laicorum derogare, nisi hoc exprimat, secundum Glossam in *Clement. 2. de prebend. verb.* Apostolicis, Felin. in *tract. Quando lit. apostol. præjud. patron. in principio.* Fagnan. *loc. cit. n. 1.* Immo Hostiens. in *dist. c. Dilectus de offic. Legati sub n. 5.* testatur, se vidisse litteras per Papam scriptas Prælati Angliæ continentes hanc suam protestationem, quod quando scribit per aliquo beneficiando; non est intentionis suæ, ut conferatur ei ecclesia aliqua, in qua Laicus obtineat Juspatronatus.

59 Quinto, Legati non possunt conferre beneficia litigiosa; generaliter enim lite pendente nihil est innovandum, ne inde colligantur quocumque modo præjudicium generetur, c. *Spensendi 1. & c. Si hi contra quos 2. ut lite pendente in 6.*

60 Sexto, non possunt Legati admittere resignationem beneficii ad favorem certæ personæ. Rota *part. 4. tom. 1. recentior. decis. 508. n. 2.* Resignatio enim ad favorem certæ personæ, non potest fieri aliter, quàm in manibus Papæ. Rota *part. 11. decis. 177. n. 16. recent. cap. Plerique 5. caus. 8. q. 1. & S. Pius V. in consit. incip. Quanta ecclesie.*

61 Episcopi conferre non possunt: Primo, beneficia ecclesiarum cathedralium, & collegiarum, quæ spectato jure communi sunt electiva, sive non per collationem, aut aliam provisionem Episcoporum, sed dumtaxat per canonicam electionem obtineri possunt, ut c. *Nullus 1. & c. Quia propter 42. de elect. Idem dicendum est de Abbatis justa c. Ne pro defectu 31. de election. in cap. Congregato 2. caus. 16. quest. 7.*

62 Secundo, non possunt conferre beneficia Juspatronatus sine consensu patroni; c. *Ex insinuatione 14. de Jurepatronatus, c. Nobis 25. cod. tit. & cap. Decernimus 32. caus. 16. q. 7.* ubi sic præcise habetur: *Quod si ipse eisdem fundatoribus, rectoribus ibidem præsumptivè Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam novèrit esse, & ad reverentiam suam alios in eorum loco, quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.* (Leg. 5. tit. 15. part. 1.)

63 Tertio, durante lite inter Episcopos, & Patronos, non possunt Episcopi conferre beneficium, sed debent instituire Æconomum, ut legitur; & notatur in cap. *Cum vos 4. de offic. Ordinari.* & tenet Hostiens. in cap. *Quoniam 3. de Jurepatronatus num. 7.* Abbas *ibid. num. 7.* Fagnan. *ibid. num. 18.* Barbosa de *offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 72. n. 141.* cum Rota *dec. 411. n. 3. part. 1. divers. (Leg. 11. tit. 15. part. 1.)*

64 Quarto, non possunt Episcopi conferre beneficia lite pendente inter patronum, & presentatum, vel inter ipsos presentatos; cap. *Si hi contra quos 2. ut lite pendente in 6. Rota part. 3. decis. 162. n. 1. part. 4. tom. 2. decis. 469. n. 21.* Textus in c. *Quoniam 3. de Jurepatronatus concedens Ordinario jus conferendi beneficia tempore litis, loquitur tantum de casu, quo lis est inter ipsos patronos, adeoque tamquam exorbitans, & odiosus non est extendendus ad litem inter ipsos presentatos, vel inter patronum, & presentatum; ut tenuit Rota apud Farin. *decis. 186. n. 7. in collect. novissim. Barbos. loco cit. Fagnan. cit. n. 19.* Abbas *loc. cit. n. 7.**

65 Quinto, non possunt Episcopi beneficium conferre colligant, etsi aliter dimiserit, cum adhuc lis non dicatur terminata. Rota in *Hispanens. beneficii de Zeres 20. Febr. 1604. coram Liita, & part. 13. recent. dec. 170. num. 8.*

66 Sexto, non possunt Episcopi conferre beneficia vacantia ob non factam publicationem resignationis. Rota *part. 8. recentior. decis. 252. n. 17.*

67 Septimo, non possunt Episcopi beneficia conferre, quando collatio beneficiorum est devoluta per lapsum sex mensium, quia tunc amplius non possunt ipsi conferre, etiamsi à Papa beneficia nondum sint collata. Rota *part. 2. recentior. decis. 309. n. 4.*

68 Octavo, non possunt Episcopi beneficia conferre, quæ sunt reservata Sedi apostolicæ; & si conferant, col-

latio est nulla. Rota *part. 7. recentior. decis. 226. n. 13. (Brev. in fin. art. 11.)*

Nono, Episcopi non possunt soli conferre beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis cum Capitulo. Rota *part. 4. tom. 1. decis. 366. n. 2.* Adeoque si Episcopi tantum provideant, provisio erit nulla. Rota *part. 5. recent. tom. 2. decis. 585. n. 41. part. 11. decis. 47. n. 2.*

Decimo, Episcopi non possunt admittere resignationem beneficii ad favorem certæ personæ. Rota *part. 5. tom. 1. decis. 190. n. 4.* Talis enim resignatio non potest fieri, nisi in manibus Papæ. Rota *part. 11. decis. 177. n. 16. c. Plerique 5. caus. 8. S. Pius V. in consit. incip. Quanta ecclesie, ubi facta in manibus alterius quàm Papæ annullatur. Rota part. 4. tom. 1. decis. 120. n. 2.* Cum beneficium resignatum fuerit ipse manu Episcopi, vel Collatoris, non possunt isti providere de eisdem beneficiis consanguineis, affines, vel familiares suos, ut ex *ciat. Bulla S. Pii V. Quia neque affines, consanguinei, & familiares resignantis admitti debent, etiam cum beneficium conferendum est in concursu; primo, quia citata Bulla S. Pii V. quæ legitur *admissionem consanguineis, mendose excusa est, cum legendum fuerit dimissionem consanguineis, ut monet Fagn. in c. Non sine de Arbitris.* Secundo, quia S. Cong. disposuit, ut in eo casu neque familiares Episcopi, neque consanguinei resignantis admittentur. Hæc ex *Benedictio XIV. in sit. eccl. c. 91. §. 9. & 11. Et de Synod. diocesana lib. 13. c. 24. §. 2. nov. edit.* Bene tamen omnes isti admitti ad beneficia possunt, quando illud cecidit in manus Episcopi per obitum prioris beneficiarii; neque enim tantum mali timeri potest ex obitu beneficiarii, quantum subesse potest, cum dandum est ex resignatione prioris beneficiarii. Ita de *Synodo dioc. lib. 6. ex decret. Sacri. Congreg. Capitulum Sede vacante episcopali: Primo, non potest conferre beneficia libera, quorum collatio ad Episcopum pertinet, textu expresso in c. Illa 2. Ne Sede vacante, ubi declaratur irrita collatio beneficii facta per Capitulum Sede episcopali vacante, hæc addita ratione ibi: Cum nusquam invenitur cautum in jure, quod Capitulum, vacante Sede, fungatur vice Episcopi in collationibus præbendarum, & cap. Etsi capitulum 1. de institutionibus in 6. præcisus his verbis: *Etsi Capitulum Sede vacante beneficia, quæ ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit.***

Secundo, Capitulum Sede vacante non potest præsentare ad beneficia, quando jus præsentandi pertinet ad solum Episcopum, dum vivit. Gloss. in *Clement. unic. versum.* Conferantur de *reum permut. Joan. Andreas in cap. unic. num. 2. de Majorit. & Obediens. in 6. Rebuff. in praxi benefic. tit. de devolutionib. n. 70. Garcias part. 5. de beneficiis, c. 7. n. 52.*

Tertio, Capitulum Sede vacante non potest libere, ac simpliciter loquendo, & in gratiam, seu favorem resignantis recipere resignationem beneficiorum spectantium ad collationem solius Episcopi. Gloss. in *Clementin. unic. verb. Conferantur de reum permut. Flamin. Parisius lib. 7. de resignat. beneficior. q. 29. num. 37. & 38. cum Rota decis. 6. n. 2. de reum permutat. in novis; & alia Rota in una *Illerdens. die 6. Novembris 1545. Pirhing. de Majorit. & Obediens. num. 57.* Resignationes beneficiorum ad collationem solius Episcopi spectantium recipere, nullibi reperitur in jure concessum Capitulo Sede vacante, adeoque subintrat regula negativa, quæ habetur *cap. Illa 2. Sede vacante.* Immo hoc ipsum videtur Capitulo expresse denegatum; cap. *Si ad Episcopum unic. Ne Sede vacante in 6. §. Cum vero, ubi sic præcisè statuitur: Cum vero ad solum Episcopum præbendarum spectat collatio... Defunctio Episcopi... Capitulum se non potest intrromittere de eisdem. Capitulum vero de eisdem se intrromitteret, si talium præbendarum, seu beneficiorum recipere resignationem, adeoque ut salvetur dispositio textus, dicendum est, Capitulum non posse Sede vacante resignationem talium beneficiorum recipere.**

Vicariis Generalis Episcopi vigore sui officii sibi generaliter concessi; Primo, non potest conferre beneficia quorum collatio pertinet ad Episcopum, nisi eorum colla-

latio fuerit ipsi specialiter, & expresse concessa; c. *Cum in generali concessione 3. de offic. Vicarii in 6. præcisus his verbis: Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, que non esset quæ verosimiliter in specie concessurus, nec regulariter donare valeat iis, cui honorum administratio etiam libera est concessa: Officialis, aut Vicarius generalis Episcopi beneficia conferre non possunt.*

Secundo, Vicarius Generalis sine speciali mandato, seu commissione Episcopi saltem in litteris Vicariatus expressa, non potest recipere resignationes beneficiorum. Garcias *part. 11. de beneficiis, cap. 3. num. 255.* Flamin. Parisius *7. de resignatione beneficiorum, quest. 24. numer. 1. & seq. Rebuff. in praxi beneficior. forma Vicariatus Archiepiscopi. num. 104.* Aloysius Riccius *part. 2. prax. ecclesiast. fori resolut. 471. num. 1. cum Rota dec. 13. de renuntiat. in antiq. & alii passim.* Et hoc colligitur ex *cap. Dudum 14. §. 1. de prebend. in 6. ubi potestas recipiendi resignationes beneficiorum, & ista conferendi equiparantur: Cum autem ex *ciat. cap. Cum in generali concessione 3. de offic. Vicarii in 6. Vicarius Generalis Episcopi nequeat beneficia conferre, nisi horum collatio sibi specialiter, & expresse commissa fuerit, sequitur quod neque possit sine speciali, & expressa commissione Episcopi beneficiorum resignationem recipere: Immo Pignatelli *tom. 9. consultat. 77. n. 33.* dicit quod *Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi beneficia non potest recipere resignationes.***

Beneficia conferri non possunt à schismaticis, & collationes beneficiorum à schismaticis factæ sunt ipso jure nullæ; c. *Quod à prædecessore 1. de Schismaticis, ibi: Adjicientes, ut qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per dictos schismaticos acceperunt, careant impetratis.* Sic etiam beneficia conferri non possunt ab excommunicatis non toleratis, & ab istis factæ collationes sunt ipso jure nullæ; c. *Si ad Episcopum unic. Ne Sede vacante in 6. ubi id notat Gloss. verb. Majoris, Geminian. & Ancharan. num. 2. Franc. iudem n. 2. ubi rationem reddit, quia parificatur Prælati naturaliter mortuus, & excommunicatus; & de excommunicato non tolerato, qualis est notorius, aut etiam publicus, declaratur Imol. in cap. Veritatis num. 10. de dol. & contumac. Abbas in cap. Si vero num. 9. de sentent. excomm. & 81 Rota part. 1. recent. decis. 534. num. 3.* Sic nec etiam conferri possunt beneficia à suspensis, c. *Si ad Episcopum unic. Ne sede vacante in 6. & Gloss. ibi: verb. Majoris, his verbis: Suspensi autem, vel majori excommunicatione ligati non eligunt. Rota in una Astriensis. Canoniceatus, 25. Januarii 1599.* Etiam si suspensi essent occulti, quia suspensus etiam occultus censetur prohibitus ab exercitio jurisdictionis. Rota *part. 1. recent. decis. 534. num. 5. & consequenter collationis beneficiorum, quæ est jurisdictionis, c. Nosti 9. & cap. Transmissum 15. de elect.*

Extincto schismate laicalium Investiturarum, quod per quatuor secula ante Alexandrum III. ecclesiam vexavit, competens est ab ecclesiasticis Prælati, beneficia ecclesiastica private conferri posse triplici jure, plenario, scilicet, *delegato & ordinario.*

Plenario jure Summus Pontifex omnia prorsus beneficia conferre potest; cap. *2. de prebendis in 6. & quidem seclusis etiam reservationibus, quum concurrere queat cum quolibet Ordinario collatore, eumque prævenire intra sex menses à Concilio Lateranensi sub Alexandro III. concessos Ordinariis ad conferendum; cap. 2. de concess. prebend.*

Ipsa Synodus Basileensis abrogando expectativas ad futura beneficia, jus præventionis nominatim Papæ servavit. Tridentinum Concilium pariter *sess. 24. cap. 19. de reform. expectativas omnino abrogavit, decrevit; at declaravit in omnibus suis decretis salvam semper haberi supremam auctoritatem Sedis apostolicæ, sess. 7. de reform. in principio.*

Ad dignoscendum autem an Papa contulerit necne beneficium non reservatum jure præventionis, hæc traditur regula. Si expressus in supplicatione fuit mensis, quo beneficium vacavit, & tamen si reservatus non fuerit, Papa contulit, dicendum est, Papam contulisse jure præ-

ventionis. Secus è contra Gonzal. in *comment. ad regul. 8. hodie 9. Cancellar. §. 5. prom. num. 70.* Cardinal. Petrus in *comment. ad constitut. apostolic. consit. 1. Nicolai V. n. 38. & sequent. Corrad. in prax. benefic. lib. 5. cap. 1. num. 62. Rot. in *supplicat. decis. 34. num. 7. & decis. 74. num. 1. tom. 1. coram Molin. decis. 922. numer. 3. & 7. coram Crisp. decis. 24. num. 7.**

Et quod hic notandum est, Papæ retinet potestatem conferendi beneficia jure præventionis in locis etiam, in quibus vigent concordatæ, ut præter allegatos firmat Nicolaus ad *concordat. Germani. num. 1. dub. 2. §. 3. Brandens. ad ead. concordat. quest. 6. num. 5. & notab. 1. num. 2. Chokier. ad regul. 8. Cancellar. §. 3. num. 163. Rota in recent. decis. 2. per tot. part. 3. ibique Rubens in *adnotat. n. 28.**

In concursu collationis Papæ factæ jure præventionis, & collationis Ordinariæ, prior in tempore præferendus. Quod si eadem die dictæ collationes contingerent, tenent Gagliard. *de benef. v. 6. n. 3.* quod neglecta tamquam frivola anterioritate horarum, præferri primo debeat possessor, deinde si nullus in possessione sit, Provisus apostolicus. Notat vero Rigant. in *comment. ad reg. 17. Cancell. n. 50.* quod si provisus ab Ordinario antecederet jus sit quæsitum in beneficium, et debetur prælati supra provisum à Papa eodem die: Vide exemplum apud eundem Auctorem. Notat quoque Rigant. *ubi supra seq. n. quod literæ provisionum de beneficiis quas explent Ordinarij, etiam ab ipsis subscriptæ, non attenduntur ob antiquatæ suspicionem in concursu provisionum apostolicarum, nisi sint in forma publica instrumenti, restibus, & juris solemnitatibus munitæ. Præsertim si concurrat verisimilis aliqua causa, ob quam Ordinarius induci valuerit ad simulandam præventivam collationem. Ceterum si concurrant circumstantiæ excludentes antiquatæ suspicionem, attenduntur, ut firmavit Rota coram Crisp. decis. 205. ser. part. & quidem recedendo à decis. 24. 98. & 122.*

Indultario jure conferunt Cardinales, & ut placet Gagliard. *de benef. c. 7. n. 5.* Legati, & Nuntii. At suo loco agendum de hoc indultario jure. Illud vero hic non omittendum, quod sancta Sedes indultum hoc concedere etiam consuevit Regibus: Vide de hoc indulto concessio à sancta Sede Regi utriusque Sicilia, Gagliard. *dist. tract. cap. 6. n. 6.* & Auctores ab eo allegatos.

Jure demum Ordinario conferunt Episcopi beneficia omnia suarum diocesium. *Can. Omnes Basilicæ 10. caus. 18. q. 7.* cui consonant. *Can. Obitus dist. 61. Can. Decretum cum seq. loc. q. 1. & cap. Quæ frequentibus 3. de instit. Idque procedit etiam quoad ea beneficia, quæ existunt in districtu Prælati interioris non habentis territorium separatum. Vide Rota in *Legionens. benef. 11. Januarii 1743. coram de Thum.**

Notandum vero est, quod de jure canonicæ, & dignitates ecclesiæ cathedralis Episcopus tamquam caput illius simul cum Capitulo conferre tenetur, c. *Pastoralis, & c. Ea noscitur, de his, que fiunt à Prælati sine consensu Capituli.*

At ex consuetudine in Italia præsertim recepta non concurrunt amplius Capitulum cum Episcopo in collatione dictorum beneficiorum; Gagliard. *de benef. v. 8. num. 1.* Ubi vero viget antiqua disciplina, non est necesse, quod concursus Episcopi, & Canonicorum collegialiter fiat, sed diversis loco, & tempore jus alterutrius explicari potest, dummodo in unam, eandemque personam conveniant. Quod si dissentiant, dubitari solet de quota votorum. At decisio hujus quæstionis pendet à capitularibus statutis, vel consuetudinibus, quæ alibi votum duplex, alibi unicum, & simplex Episcopo tribuunt, singulis Canonicis coequali. Deficientibus vero statutis, & consuetudinibus: *Probabiliter* (inquit Gagliard. *ubi supra num. 4.*) *sententia Doctorum constituebatur olim in solo Episcopo tantam vocem, quantum in solo Capitulo, quæ Capituli vox à majori parte quum concluderetur, posthabita minore, huic minori nec adhaerens Episcopus eadem complecter. Quod si constanter votum Capituli ab Episcopo dissonaret, neutrum efficax ad perficiendam collationem habebatur, ideoque per lapsum semestris da-*

hatur locus devolutioni. (Videantur addit. hisp. in hoc verbo inserta, verb. Concursus, cum verb. Abbas, & Bulla Sancti D. Bened. XIV. in fin. art. 11.)

ARTICULUS V.

Beneficia ecclesiastica quibus conferenda, vel non.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficia ecclesiastica consecuturi quas habere debeant qualitates, ad n. 12.
- 13 Beneficia ecclesiastica dignis, & idoneis conferenda, ad n. 16.
- 17 Immo dignioribus, ad n. 30.
- 31 Excipiuntur beneficia patrimonialia, seu de Jurepatronatus, ad n. 35.
- 36 In quo sensu eligendus ad beneficia debeat esse melior, ad n. 39.
- 40 Pro beneficiis atque quibus quis censetur indignus, & dignior, ad n. 64.
- 65 Quomodo sint ad beneficia inhabiles, & incapaces, ad n. 90.
- 91 Supplement. Auditor. ad n. 109.
- 101 Addit. ex aliena manu, ad n. 122.

Beneficia ecclesiastica conferenda sunt habentibus qualitates a jure, & Concilio Tridentino requisitas, quae praecipue sunt sequentes. Primo, ut promovendus ad prelaturas, & beneficia ecclesiastica sit ex legitimo matrimonio procreatus; illegitimus enim est incapax omnis beneficii, nisi cum eo dispensetur; c. Cum in cunctis 7. de elect. & elect. potest. & Gloss. ibi: verb. Matrimonium.

Secundo, ut eligendus sit Clericus, hoc est, ut saltem quia prima tonsura initiatus sit, nam licet quilibet christianus de jure communi sit capax beneficii; ut docuit Rota part. 4. tom. 1. recent. decis. 307. n. 1. Hodie tamen quilibet laicus non insignitus clericali characterem, seu saltem non tonsuratus ad quodlibet beneficium inhabilis existit, & nullum assequi potest, adeo quidem ut non sufficiat post illud jam acquisitum tonsurari; cap. Ex literis 6. de transact. & notat Gloss. final. & Abbas, ibi, n. 3. & tenet Rota part. 18. tom. 1. dec. 40. n. 4. Nisi tamen Papa dispensaverit cum laico, ut possit eligi, ac postea quamprimum tonsurari, prout aliquoties contingit cum magnorum Principum filiis, praesertim in Germania refert Sannig. cap. 2. n. 2. de electione. Aut nisi ejusmodi electio fiat ex speciali instinctu Spiritus Sancti, prout S. Nicolaus, & Severus, & S. Ambrosius ex laicis fuerant electi in Episcopos, ut habetur in c. Statuimus 8. §. E contra, dist. 61.

Si quis oblitus schedulae, aut tituli primae tonsurae accessit pro beneficio obtinendo, quod meretur, & ante tempus electionis non datur via, ut afferatur ea schedula, v. gr. si esset ab hostibus occupatum oppidum, in quo remanserat, potest licite Episcopus, si velit, fidem dare ei juranti, esse initiatum prima tonsura, & conferre beneficium; Mendo in epitome, verb. Beneficium, num. 13. Nam cum adhiberi nequeunt aliae probationes, juramentum est probatio, & juranti fides est adhibenda; c. Si eo tempore, de rescriptis in 6. Et iudex ordinarius potest licite operari, quando datur juris praesumptio, quod existant requisiti ad operandum; leg. fin. cod. de jure de liberand. leg. Sed isti, §. fin. ff. de iurjurand. ut datur in praesenti, ratione juramenti. Et quidem in aliis casibus fides datur juranti; nam quae nequeunt innoscere, & testibus probari nequeunt, pariis juramento probantur; Sanchez de matrimon. leg. 1. disp. 62. n. 6. Mascard. tom. 1. de probat. concl. 471.

Dictum est notanter potest licite Episcopus si velit, quia si Episcopus, a quo deberet beneficium conferri, prius ostenso testimonio tonsurae, nollet ista probatione privilegiata acquiescere, cogi non posset; quia potest secundum statuta postulare, & exigere probationem plenam, & juridicam. Unde qui petit sibi conferri beneficium illud, casui, & infortunio tunc attribuire deberet quod obtinere non posset. Ita in simili casu judicavit cum

tribus aliis Doctoribus P. La Croix lib. 6. part. 2. numer. 1256. ubi haec subdit: Et scio aliquem isto modo exclusum esse a praebenda cathedrali, ad quam presentatus erat.

Tertio, ut eligendus sit maturus, seu legitima aetatis a sacris canonibus praescripta, qua non servata, electio est nulla, & scienter eligentes incurrunt poenas in jure statutas, ut patet ex c. Cum in cunctis 7. de elect. & cap. Indecorum 3. de etat. & qual. prescificand. ubi de hoc sequens ratio assignatur, quia indecorum est, ut hi debeant ecclesias regere, qui non noverunt gubernare seipsos, cum ad ecclesiarum regimen tales persone sint admittenda, quae discretionem praemineant, & morum fulgeant honestate. Quenam autem aetas specificè requiratur pro quocumque beneficio ecclesiastico: Vide verb. Aetas, n. 10. 11. 12. 13. Et ubi pro omnibus beneficiis aetas requisita assignatur.

Quarto, ut promovendus sit in statu calibatus, hoc est, ut non sit matrimonio ligatus; siquidem collatio facta ei, qui matrimonio junctus est, invalida existit, c. Sane 2. de Clericis conjugatis. Immo si Clericus in minoribus ordinibus constitutus habeat beneficium, & postea contrahat matrimonium, illud ipso jure perdit, c. Si quis Clericorum 1. c. Quod ad te 3. de Clericis conjugatis.

Quinto, ut eligendus, seu promovendus habeat saltem tantam scientiam, seu rerum agendam notitiam, quanta est necessaria, & sufficiens ad rite exequendum officium, ad quod eligitur seu promovetur, ut colligitur ex c. Cum in cunctis 7. de electione. & c. Praecipimus 16. dist. 34. & c. Non confidat 59. dist. 50. Rota part. 17. recent. decis. 217. n. 6. Multae aliae sunt qualitates in promovendis ad beneficia ecclesiastica requisitae, quae magis patebunt a n. 65. usque ad 90. ubi enumerantur omnes inhabiles ad illa assequenda.

Beneficia ecclesiastica nonnisi dignis, & idoneis sunt conferenda. Sic DD. communiter. Recte enim rationi adversatur assumere personam non idoneam, & indignam ad officium spirituale, & consequenter ad beneficium ecclesiasticum, quod datur propter officium ex c. Quia per ambitiosam 15. de rescriptis in 6. Unde in c. Grave nimis 29. de praebend. graviter arguitur contraria quorundam praxis, praecisus his verbis: "Grave nimis est, & absurdum, quod quidam ecclesiarum Praelati, cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promoveri, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitate sequentes affectum, non iudicium rationis; unde quanta ecclesiis damna proveniant, nemo sanae mentis ignorat." Et expresse Concilium Tridentinum sess. 7. c. 3. his verbis: "Inferiora beneficia ecclesiastica praesertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilibus, & quae in loco resideant, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeant, juxta constitutionem Alexandri III. in lateranensi, quae incipit: Quia nonnulli, & saliam Gregorii X. in Generali Lugdunensi Concilio, quae incipit: Licet canon, editam, conferant, aliter autem facta collatio, sive provisio omnino irritatur, & ordinarius collator poenas constitutionis Concilii generalis, quae incipit: Grave nimis, se noverit incursum." Hinc qui promovet indignum ad quocumque beneficium ecclesiasticum, peccat mortaliter, cum, ut patet, citat. Concil. Tridentini. Lateranensis, & Lugdunensis. severe precipiant, ut beneficia conferantur dignis, alioquin promovens indignum incurrat poenas indicatas a Concilio Generali in cit. c. Grave nimis. Tum quia talis indignorum promotio cadit in grave damnum ecclesiarum, ut ex verbis cit. c. Grave nimis; ibi: Unde quanta ecclesiis damna proveniant, nemo sanae mentis ignorat. Quibus ecclesiis debetur restitutio, uti habet communis

cum Garzia p. 7. cap. 16. n. 47. Filiuc. traet. 41. n. 183. Castropal. traet. 13. decis. 2. pag. 11. §. 4. num. 1. Ac tenentur damna illa compensare ante omnes indigni, qui procurarunt sibi beneficia; post indignos, illi, qui in jure talia beneficia ipsis indignis contulerunt, deinde cooperatores. Proposito dubio, an aliquando eligi possit indignus ad quavis beneficia, quando scilicet aliis eligendus esset indignissimus, a quo ecclesia gra-

vis-

vissima mala imminerent, affirmativam sententiam, tamquam satis probabilem, sustinet cum Lugo, & Lessio P. Gerunda de Episcop. tom. 2. lib. 6. disp. 6. cap. 2. numer. 22. cum seqq. & Diana part. 11. traet. 4. resol. 38. Immo licere eligere in Parochum, vel Episcopum hominem plane improbum, & infamem concubinarium, quando nullo modo reperiri alius idoneus ad ministranda Sacramenta, docet Peyrinus t. 1. de subd. q. 1. c. 31. §. 3. column. 3. Sed contrarium mordicus defendit Malderus in 2. 2. traet. 9. cap. 2. dubii. 6. & Thomas Hurtadus var. tom. 2. traet. 12. c. 1. §. 5. n. 1472.

(Jam existit animadversum, quam aetatem leges hispanicas praescribere ad ordines suscipiendos; vid. novis. hisp. add. pag. 72. in fin. column. 2. verb. Aetas: Praenotandum advertitur, melius esse paucos & bonos ordinare, quam multos & ignorantes; vid. add. hisp. verb. Parochus, vers. Non posse: discrimen inter beneficia obtinentes constituitur dignitates, & cetera, curam animarum habentia, honestis, virisque literatis debent conferri, qui spiritualiter fideles exhortentur; leg. 2. & 13. tit. 16. part. 1. etsi canonicum seu rationes obtinentes eadem scientia praeditos esse conveniat, sufficebat, si in his, ex beneficiis collibet incumbendis sit ecclesiae inservienti facultas; ceterum animarum curam exercentes, vide etiam leg. 37. tit. 5. ejusd. part. rerum fidei haud imperiti esse debent: scientiam sacrarum Scripturarum, ut sibi commendatas oves ad gloriam consequendam aeternam erudiant, sunt profertendi: de grammatica, logica, & rerum temporaliu peritia alieni esse non debent; praeter ea, & reliqua, quae ex leg. 35. ad 63. ejusd. tit. & lib. per sonis ecclesiasticis inseparabiliter dignoscuntur: qui beneficiis voluerit obtinere, vel obtineat, debet esse legitimus, & ex legitimo matrimonio natus; leg. 5. tit. 5. part. 1. 12. tit. 6. ejusd. part. non uxoratus; leg. 39. usque ad 43. ejusd. tit. & part. & aetatis a sacrosancto Concilio Tridentino; vide adnot. in princ. appositam: Insuper, ad ea obtinenda a leg. 3. tit. 16. part. 1. quatuordecim praefinebantur, vel si brevi tempore ordines suscipere possit: sit distinctio inter majora, minoraque beneficia: nam ista, adimpleta septem annorum aetate, poterant obtineri, si prudentiores, dolique fuerint capaces: satis superque de his hispaniarum dispositionum cognitione. Videantur quae in add. hisp. verb. Clericus, vers. Tales Clerici:)

Immo peccant mortaliter eligentes, seu promoventes ad beneficia ecclesiastica minus dignum, praetermissa digniore. Eletores enim, patroni, & collatores beneficiorum, praesertim curatorem, quantum in ipsis est, sive in ipsorum libera dispositione, tenentur in conscientia ad praefendum inter dignos digniorem, seu quem magis ecclesiae utilem ipsi judicaverint. Colligitur ex c. Metropolitanano 19. dist. 63. ibi: "Optimus ordinetur. Concor-dat c. Licet 15. caus. 8. q. 1. ibi: Qui praestantior est ex communi populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omnium virtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium."

Unde Innocentius III. in cap. unic. ut ecclesiastica beneficia, §. Omnibus, arguit ut culpabilem Archiepiscopum Mediolanensem, ex quo non contulerit, ut debebat, beneficium magis idoneo, ibi: "Te in tribus comperimus fuisse culpabilem... quia non ex affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum officium, & beneficium in persona magis idonea dispensare." Tridentinum Concilium sess. 24. cap. de reformatione, loquens de illis, quibus competit jus electionis: "Monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populi salutem utilius posse facere, quam si bonos pastores, & ecclesiae gubernanda idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & ecclesiae magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis praefici diligenter curaverint." Et c. 18. ejusd. sess. 24. de reform. expresse decernit, ut in defectu Parochorum Episcopus digniorem praeter ceteris etiam dignis eligat: "Praeficio deinde examine tenentur quotquot ab his idonei iudicati fuerint, aetate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis. Ex hisce Epis-

copus eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit; atque illi, & non alteri collatio ecclesiae ab eo fiat, ad quem expectabatur conferre." Insuper addens etiam patronos teneri ad presentandum Episcopo pro beneficiis curatis, quem digniorem judicaverint: "Si vero Jurispatronatus ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinabilibus judicabit, Episcopo presentari teneatur, ut ab eo instituat; cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei praesentet, ad quem institutio spectat." Hinc S. Pius V. in constit. incip. In conferendis beneficiis, jus appellationis ad Metropolitanum, Sedem Apostolicam concedit illi, qui se Episcopi iudicio, & electione laesum existimabit, ut cognita iniustitia, electio minus digni annulletur in favorem dignioris. Ut tamen non solum dignis, sed magis idoneis reperitis juxta ejusdem Concilii decretum... Parochiales ecclesiae conferantur, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilis, postpositis magis idoneis, elegerit, possint illi, qui rejecti fuerint, in mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorum Ordinarium, uti nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut aliud ad ipsam Sedem apostolicam appellare, (vide per tot. verb. Appellatio) ac praefectum ad novum examen coram ipso appellationis iudice, & ejus Examinatoribus provocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato, parochiales magis idoneo per eundem iudicem appellationis auctoritate nostra... conferantur." Ad hoc potissimum etiam factis propositio 47. inter damnatas ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. his verbis: "Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & ecclesiae magis utiles ipsi judicaverint, ad ecclesiam promovent, Concilium vel primo videtur per hoc digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos, vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus."

Accedit ratio, quia cum in collatione beneficiorum praefertur minus dignis digniori, fit acceptio personarum in re gravi, ut docet S. Thomas 2. 2. quart. 63. art. 2. ad 3. praefertendo enim personam dignam digniori pro motivo praefertendi, acceptatur aliquid velut causa, quod causa non est, & circumstantia nihil conferens ad causam substituitur pro circumstantia conferente ad causam; & per hoc D. Thomas 2. 2. quart. 185. art. 3. adducit haec verba S. Hieronymi: "Quidam non querunt eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt ecclesiae profdesse, sed quos ipsi amant, vel quorum sunt obsequis delinisti, vel delicti, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit, & (ut deteriora taceam) qui ut Clerici ferent numeribus impetrarunt; hoc autem perinet ad acceptiorem personarum, quae in talibus est grave peccatum. Unde qui in conferendis beneficiis, praesertim curatis, pro acceptiorem personarum, aut alio simili motivo dignioribus minus dignos anteponunt, non minus rei sint, ac si ea pretio venderent. Hinc a Sanctis Patribus id ipsum semper fuit damnatum, ut patet per laudata verba S. Hieronymi adducta a S. Thoma, & per sententia verba S. Augustini episcopi. 167. aliis 29. num. 18. ubi exponens haec verba S. Jacobi Apostoli cap. 2. num. 1. sua Catholica: Noli in personarum acceptiorem habere fidem Domini Jesu Christi gloriae, sic ait: Nec sane quantum arbitror putandum est, leve esse peccatum in personarum acceptiorem habere fidem Domini nostri Jesu Christi, si illam distantiam sedendi ac standi ad honores ecclesiasticos conferamus. Quis enim ferat eligi dixerit ad sedem honoris ecclesiae, contempto paupere instructore, atque sanctiore? Tum quia habentes jus eligendi, non sunt Domini beneficiorum ecclesiasticorum, sed tantum dispensatores mysteriorum Dei, seu iurium spiritualium; juxta Divum Paulum 1. ad Corinth. 4. sicque tenentur jure naturali, atque vi officii dispensationis con-

con-

consulere bono communi, sive ecclesie omni meliori modo; eo vel maxime, quod dispensationes spiritualium principalis ordinantur ad utilitatem communem, juxta eundem Divum Paulum 1. ad Corinth. 12. Unicuique datur manifestatus spiritus ad utilitatem: Atqui hoc non prestant, quando ad ecclesiam & regimen animarum scienter eligunt minus dignum, prætermissis digniori, & magis idoneo, adeoque &c. (Vid. verb. Acceptio personarum.)

\* Non audeo tamen asserere (subdit hic Josephus Maria Maraviglia leg. 165. prudentie episcopalis), quod affirmant Cajetan. Salonen. Molin. Gutierrez, Vasquez, Fernandez, & alii apud Dianam tract. 4. miscell. resolut. 210. fol. 150. Episcopus illos, qui spectatis omnibus requisitis etiam per examen non conferunt beneficia dignioribus, teneri singulis annis ad restitutionem eorum fructuum, quibus fruuntur minus digni, cum censeantur dignioribus subrepti, quia jam per concursum jus adquisierant; suppono enim jus ad beneficia obtinenda esse æquale in omnibus concurrentibus dignis, licet fortasse non dicatur æquale in comparatione digniorum, qui videntur ius amplius habere, quam soli digni, cui tamen juri supplere potest vis, & liberum arbitrium, quod à plerisque conceditur Episcopis eligendi dignos etiam in comparatione digniorum, quæ electio, si fiat, cum sit secundum justitiam, non imponit Episcopis aliquam restituendi obligationem. Additur, quod secundum doctrinam obligantem Episcopos ad restitutionem, si in beneficiis curatis omittant digniores, non imponitur eadem obligatio in aliis beneficiis, & tamen digniores semper retinent ad illa jura intrinsicè majus, ratione majoris dignitatis, nec videntur disparato ratione juris, & justitiæ, unde colligitur, quod si non est obligatio restitutionis in Episcopis pro aliis beneficiis, neque sit pro curatis, & ad summum posset dici cum aliquibus Episcopis peccare contra debitum fidelitatis, ratione malæ administrationis ex officio, si dignis postponerent digniores, quod tamen neque ita facile adimittendum est. In foro tamen externo collatio beneficii curati digno facta, prætermissis digniori, hoc conquærent, & probante, solet revocari, & asserti Diana l. cit. declarationis Sacre Rotæ in una Tundensis, 18. Aprilis 1693. coram Sacro, & in una Voturnensis, 18. Decembris 1581. coram Gypio, & aliis ejusmodi Doctorum observationes ad decretum Gregorii XV. quæ omnia indicant collationes ejusmodi non probari, quod testatur etiam Joan. Valerius in different. utriusque fori. Hæc Auctor supra laudatus.\*

¶ Notandum primo, quod qui beneficii ecclesiastici collationem jam determinatum ad conferendum alteri digniori, non vi, & fraude, sed tantum suasionem, & precibus, vel etiam muneribus inducit, ut sibi, vel amico minus digno conferat, quamvis peccet, non tenetur ad restitutionem; quia relinquunt collatorem in sua libertate, neque facit injuriam alteri, etiamsi ex odio id faciat, quia odium non est contra justitiam, sed contra charitatem; Lessius lib. 2. c. 2. dub. 18. n. 128. Valentinus tom. 3. disp. 5. q. 7. parit. 2. Navarrus in Manuali c. 17. n. 72. Sa verb. Restitutio n. 22. Sotus de justitia lib. 4. q. 6. art. 3. Turrianus in 2. tom. 2. disp. 16. dub. 1. n. 5. & 7. Layman. Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 2. c. 7. n. 1. Sylvius in 2. D. Th. q. 62. art. 2. q. 25. conclus. 2. Filliucius tom. 2. tract. 32. c. 8. n. 185. & alii apud Dianam part. 3. tract. 5. resolut. 53. & tract. 6. resolut. 34. & part. 11. tract. 4. resolut. 36.

Notandum secundo, quod qui se agnoscit minus dignum, potest se offerre ad beneficium obtinendum; non petendo absolute, ut sibi conferatur, sed relinquendo totum iudicium electori, seu collatori, ut docet Lessius lib. 2. c. 34. dub. 41. n. 70. Si autem in concursu minus dignus eligatur, prætermissis digniori, potest ille sine peccato mortali beneficium, & cathedram acceptare. Ita Sot. de just. lib. 3. q. 6. art. 2. post 9. concl. & Turrian. l. 2. in 2. disp. 22. dub. 3. n. 8. qui n. 4. notat hoc procedere post electionem; nam ante electionem minus dignus, quando certo agnoscit esse proprium, & aliorum iudicio se esse minus dignum, omnibus consideratis, non potest petere præbendam, seu beneficium curatum; petit enim

rem injustam, quam electores non possunt facere absque peccato simul, & damno tertie personæ. Quod juxta Ledesman in summa tom. 2. tract. 7. concl. 7. diff. 19. & Sylvium in 2. 2. q. 63. art. 2. concl. 4. intelligi debet, quando certe, & manifeste alius est dignior. Nam si alterius major idoneitas sit dubia, putetque minus dignus examinatores posse aliquid in illa advertere, ob quod eum iudicent æque dignum, non peccat bona fide se præsentans, tempe totam examinatorum iudicio relinquens.

Notandum tertio, quod examinatores non tenentur indicare digniorem, nisi Episcopus id postulet, ut faciat electionem ecclesie utiliore. Ita Massobrius in prax. requir. 4. dub. 3. num. 2. Venerus in exam. Episc. lib. 4. c. 25. n. 21. Lotterius de re benef. tom. 1. lib. 2. q. 38. n. 98. Vivianus in prax. juris, part. 2. lib. 10. cap. 1. n. 45. & Garzias de benef. tom. 2. part. 9. n. 108. & seq. Certe Congregatio Concilii, apud Marcellin. lib. 1. tit. 2. cap. 19. censuit non pertinere ad examinatores, sed ad solum Episcopum iudicare, quæ ex concurrentibus ad Parochialem sit magis idoneus; & in Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. tantum habetur, ut examinatores perfectò examine renuntient Episcopo quoscumque ab his idonei iudicati fuerint. ¶

Notanter tamen sub num. 18. fuit dictum beneficiorum præsertim curatorum; quia loquendo de beneficiis simplicibus, & nullam curam animarum habentibus, non esse peccatum mortale ipsa conferre personis dignis omnibus dignioribus, tenent permitti Doctores, ut Garzias p. 7. de benef. cap. 17. num. 16. Navarrus lib. de restit. cap. 2. num. 172. & 182. Gutierrez. canon. q. lib. 2. c. 11. num. 12. col. 2. Lugo disput. 35. de justit. & jur. lect. 2. num. 20. Lessius lib. 2. de justit. & jur. lect. 2. num. 14. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 15. num. 8. Molina de primogenit. lib. 2. cap. 5. num. 55. Felix Potest. 1. 1. part. 1. num. 1358. Diana part. 2. tract. 7. miscell. resolut. Sanchez & alii cum Barbosa part. 3. de officio, & potest. Episcop. allegat. 60. num. 103. Et ratio est, quia neque Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. & 18. nec S. Pius V. in citat. constit. incip. In conferendis, nec dicta propositio damnata ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. loquitur de beneficiis simplicibus, sed solum de curatis: Insuper periculum tantum mali inde non imminet; neque ex his adeo pendet bonum ecclesie, sicuti fit in curatis: ac proinde facilis potest excusari elector, qui semel, atque iterum digniorem prætermittit, dummodo alter sit vere dignus, & idoneus: Et sic absolute tenet Rota part. 10. recent. 262. n. 1. dicens præcisè, quod dignus in beneficiis simplicibus eligi potest omisso digniori, ex quo antiqua jura admodum sint dubia propter consuetudinem introductam à Papa præferendis in hujusmodi beneficiis dignos dignioribus, quæ videtur abrogata dispositio contraria Innocentio III. loquens de beneficiis non curatis in c. 1. §. Circa, ut benef. sine diminutione conferant. De jure autem divino, & naturali, seclusa ordinatione ecclesie, beneficia non videntur esse bona communia, & præmia meritorum, nec est præceptum, ut dentur dignioribus; quod si aliud diceremus, omnes fere Prælati essent in statu damnationis providentes beneficia simplicia dignis, prætermissis dignioribus, quæ acerbissima profecto esset sententia. Hactenus Rota cit. dec. n. 1. & 2. quæ tamen, ibi sub n. 8. dicit, quod tunc est etiam beneficia simplicia adjudicare dignioribus.

¶ Atque hæc obligatio eligendi digniorem extenditur etiam ad resignantem suum beneficium in favorem alterius, ut tenent Navarrus in Miscellan. 38. n. 7. Sot. de justit. lib. 3. quest. 6. art. 2. in fin. & Vasquez opus. de benef. c. 2. §. 4. dub. 7. num. 100. ubi ait: Cavere debent renuntiantes, ne prætextu convinguntatis, vel alia via, prætextu majoris pensionis renuntient beneficium indigno, qui saltem minus digno. Ut enim supra diximus, sicut electores, ita & renuntiantes tenentur, consideratis omnibus, digniorem eligere, in quo forsitan plura peccata committuntur, quam advertuntur. Hæc Vasquez. Sed contrariam opinionem amplecti sunt Regin. tom. 1. lib. 30. tract. 3. cap. 14. num. 170. Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 13. num. 61. & Malderus in 2. 2. tract. 9. cap. 2. dub. 7. qui citat Cajetanum, Sa, & Salonium. Ra-

Ratio est quia, cum iste resignans non sit distributor, si jure permittatur in favorem resignare, potest resignare digno, cui voluerit: neque hic est locus concursus, tamquam ad commune bonum, ex partitodis distribuendum, sed pars parti jus suum transfert. Unde patet etiam tunc collatorem non peccaturum acquiescendo resignationi facte in favorem minus digni, relicto digniore: & sic Petrus de Aragona in 2. 2. q. 63. art. 2. ait, hanc sententiam esse conformem praxi receptæ, etiam ipsius Summi Pontificis. ¶

Notanter etiam sub eodem num. 18. fuit dictum, quantum in ipsis est. Nam in beneficiis patrimonialibus, sive quæ ex primæva fundatione, statuto, vel consuetudine, certo personarum generi v. gr. talis familiæ, patriæ, civitatis, seu loci conferenda sunt, id observari debet, dummodo adsint idonei, qui ex tali genere institui possint, non obstante quod alii meliores, sed extranei, reperiantur; cum dispositioni sacrorum canonum non repugnet, quod ex aliqua vocata familia, & natione idonei, & habiles præferantur extranei. Rota part. 11. recent. dec. 120. num. 10. dec. 122. num. 11. & 12. dec. 130. num. 7. Deinde quando patronus laicus præsentat Clericum dignum ad beneficium etiam curatum, tenetur eum Episcopus instituire, non obstante, quod iudicat aliquem alium fore digniorem, arg. cap. Cum nobis, §. His igitur, & cap. Cum dilectum 32. de election. & communis Doctorum. Immo præferendus est presentatus à pluribus in discordia patronorum, dummodo sit idoneus, & dignus, licet alius presentatus sit dignior. Rota part. 9. tom. 1. dec. 235. num. 7. & part. 19. t. 1. dec. 298. num. 8. & 9. Et patronus laicum ad parochialem sui juris patronatus non teneri præsentare digniorem, sed sufficere dignum, seu idoneum, resolvunt Lambertinus de Jurispatronat. part. 1. leg. 2. quest. 10. art. 3. num. 17. Petrus Navar. de restit. leg. 2. cap. 2. n. 150. Bann. 2. 2. quest. 63. dub. 4. Petrus de Ledesma in summa part. 2. tract. 7. c. 2. concl. 7. different. 9. Garcia de benef. part. 7. cap. 16. num. 19. Aloysius Riccius in dec. Cur. Archiepisc. Neap. part. 3. dec. 306. num. 4. Joan. Vale. de differ. inter utrumque forum, verb. electio dissert. 2. Barbosa in cap. 18. sess. 24. Conc. Tridentinum. num. 132. Felix Potest. 1. 1. part. 2. cap. 4. numer. 1359. Et Gloss. in cap. Quoniam 3. de Jurispatronat. verb. Qui majoribus, & ibi Hostiens. numer. 5. verb. Eligitur, & ibidem Fagnan. num. 16. Et hanc partem non obscure approbavit Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reform. Nam ut recte ait Fagnanus in citat. cap. Quoniam num. 15. etsi in parochialibus liberæ collationis, & Jurispatronatus ecclesiastici jussu sit dignior esse eligendum; tamen in ecclesiis Jurispatronatus laicorum voluit satis esse, ut presentatus ab Examinatoribus synodalibus examinetur, & idoneus reperitus admittatur, ibi: "Quod si Jurispatronatus laicorum fuerit, debeatur quod à patrono presentatus erit ab ejusdem deputatis, ut supra, examinari, & non nisi idoneus reperitus fuerit, admitti, sunt præcisè verba Concilii." ¶

Notanter pariter sub eodem num. 18. fuit dictum, seu quem magis ecclesia utilis judicaverint, quia non tenetur assumere simpliciter meliorem, sed meliorem quoad regimen ecclesie, qui scilicet possit ecclesiam & instruere, & defendere, & pacifice gubernare, prout dixit Divus Thomas 2. 2. quest. 63. art. 2. & quest. 185. art. 3. & expresse quodlibet 6. art. 9. in corp. his verbis: "Non vergo Episcopus tenetur semper dare meliorem simpliciter, tenetur dare quoad hoc, quia, ut dicit ibidem ipse S. Doctor, contingit quandoque, aliquem esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior quantum ad hoc, quod beneficium percipiat, quia alius forte potest ecclesiam magis juvare, vel per consilium sapientiæ, vel auxilium potentie, vel quia servivit ecclesie." Unde & Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. notanter monet eos à promotoribus esse promovendos ad ecclesias, quæ digniores, & ecclesie magis utiles ipsi judicaverint. Nam major hæc dignitas est desumenda per comparationem ad bonum commune. Contingit enim, dicit S. Thomas 2. 2. quest. 63. art. 2. in corpore. Contingit enim quandoque, quod ille, qui est minus sanctus, & minus sciens, potest magis conferre ad bonum commune prop-

ter potentiam vel industriam secularem, vel propter aliquid hujusmodi. Etsi quavis aliquis quoad aliqua sit minus dignus, tamen potest ceteri esse dignior, v. gr. si sit ex patria, si sit gratior populo, feudatario, & hujusmodi. Unde advertendum est pro dictorum intelligentia, quod respectu beneficii ecclesiastici obtinendi ille dicitur indignus, cui deest aliqua ex qualitatibus ad ministerium beneficiale requisitis, seu qui non potest satisfacere tali muneri. Dignus dicitur qui habet sufficientiam, omnesque qualitates ad ministerium beneficiale requisitas. Dignior tandem dicitur qui comparatione aliorum, majorem sufficientiam, aptitudinemque ad administrandum habere dignoscitur, quicquæ consideratis omnibus dotibus animæ, & corporis, aliisque circumstantiis futurus ecclesie utilior creditur.

Unde hic juvat adducere præcipuas considerabiles qualitates, propter quas potest aliquis, ceteris paribus, censeri dignior, ut alteri præferatur in collatione beneficii. Primo, qui est de gremio ecclesie præferatur alteri, qui non sit de eodem gremio; & indigena seu oriundus alienigenæ & forensi. Nullus 13. dist. 61. ibi: "Tunc autem alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius Clero nullus (quod evenire non credimus) dignus poterit reperiri; c. Obitus 16. ead. dist. 61. ibi: Commoneque etiam fraternitatem tuam, ut nullum de alia eligi permittas ecclesia, nisi forte inter Clericos ipsius civitatis... nullus dignus (quod evenire non credimus) poterit inveniri, cap. Hortamur 8. dist. 71. ibi: Hortamur christianitatem vestram juxta sanctorum canonum instituta, ut in ecclesiis à vobis fundatis, aliunde veniens presbyter non suscipiatur; cap. Ne pro defectu inde electione, ibi: De persona idonea ipsius quidem ecclesie, vel alterius, si digna non reperitur in illa canonice ordinariæ; cap. Bonæ memoriæ 4. de postulat. Prælati. ibi: Nec vellemus ei præficere alienum. Et regul. Cancellar. 17. de concurrentibus in data, ibi: Et similiter ceteris paribus, oriundus non oriundo, & diocesanus non diocesano præferatur; & Rota p. 3. dec. 61. n. 1. p. 4. tom. 2. dec. 337. n. 2. p. 12. dec. 160. num. 6. part. 17. dec. 393. num. 18. & S. Thom. 2. 2. quest. 63. art. 2. ad 4. in fin. ubi ad hoc propositum adducit illud Deuteronom. 17. Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non sit frater tuus." Præsumitur enim indigenam, & patricium propriam civitatem, & ecclesiam magis diligere, & à populo plus amari, ut dicit S. Thom. loc. cit. his verbis: "Ille, qui de gremio ecclesie assumitur, ut in pluribus consuevit esse utilior, quantum ad bonum commune, quia magis diligit ecclesiam, in qua est nutritus." ¶

Secundo, præferatur ille, de cujus bonis fundata est ecclesia, c. Hortamur 7. dist. 71. ibi: Hortamur christianitatem vestram juxta sanctorum canonum instituta, ut in ecclesiis à vobis fundatis, aliunde veniens Presbyter non suscipiatur; & Gloss. in c. Neminem 1. dist. 70. verb. Sive possessionis, ibi: Qua potius sunt illi Clerici instituendi, de quorum bonis fundata est ecclesia, arg. c. Cum adeo 17. de rescriptis; & c. Cum in officiis 7. de testament. Rota part. 3. dec. 232. n. 13. ¶

Tertio, inserviens ecclesie, & benemeritis ejusdem præferatur non inservienti; Rota part. 10. dec. 171. numer. 3. & 6. part. 17. dec. 152. num. 14. servitium enim ecclesie valde attenditur. Rota part. 18. tom. 1. dec. 584. num. 3. Eo vel maxime, quia debet talis persona quæri, quæ possit residere in loco, & curam ecclesie per se ipsam valeat exercere; cap. Quia nonnulli 3. & cap. Relatum 4. de Clericis non residentibus; sicuti præsumitur de benemeritis ecclesie; & ei solitis inservire: Immo si statutum ecclesie mandet, ut ejus beneficia debeantur eidem inservientibus, tunc collatio prædictis debetur. Rota part. 4. t. 2. dec. 33. n. 1. ¶

Quarto, Doctor, seu graduatus præferatur non Doctori, & non graduato. Rota part. 3. dec. 61. num. 3. part. 10. dec. 171. num. 15. part. 12. dec. 62. num. 9. regul. Cancellar. 17. de concurrentibus in data, ibi: Aliis graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, in beneficiorum assuectione præferantur. Nisi gradus Doc-

BIBLIOTECA CENTRAL